



JOANNIS PETRI FRANK

AUGUSTISSIMI IMPERATORIS ET TOTIUS RUSSIAE AUTHO-
CRATORIS CONSIL. STATUS ACTUALIS, ET MEDICI, PRAESIDIE
INSTRUCT. PUBL. GENERALIS MEMBRI, ACADEMIAE MEDICO-
CHIRURGICAE PETROPOLIT. RECTORIS, ET CLINICES PROF. P. O.
ACAD. GOETTING. MANTUAN. MCGUNTIN. SOCIET. MEDIC. PA-
RISIENS. VENETOR. HELVET. PATRIOT. MEDIOLAN. PHYSICO-
MED. MOSQUENSIG, AC AGRICULT. BRIXIENS. ACAD. ET
COLLEG. REG. MADRITENSIS SODALIS

D E

CURANDIS HOMINUM MORBIS

E P I T O M E,

PRAELECTIONIBUS ACADEMICIS

DICATA.

LIBER QUINTUS

D E P R O F L U V I S

PARS II.

9816
INST. MED. FARM.

2 JUL 2004

... es
Libroteca Centrala

Inv. 84.859

VIENNAE AUSTRIAEC, 1807.

SUMTIBUS A LOYSII DOLL, BIBLIOPOLAE
IN FORO S. STEPHANI.

L e c t o r i b u s.

Proiecto & adulto jam operi denuo
præfari, tum spatii eidem interpositi,
tum temporum conditio jubet. Ac pri-
mo quidem cum Bacone Verulamio
dicamus: „Non ullam aut vim, aut insi-
,,dias hominum judiciis fecimus aut para-
,,mus; verum eos ad res ipsas, & rerum
„fœdera adducimus; ut ipsi videant, quid
„habeant, quid arguant, quid addant, at-
„que in commune conferant. Nos autem,
„si qua in re vel male credidimus, vel ob-
„dormivimus, & minus attendimus, vel
„defecimus in via, & inquisitionem ab-
„rupimus; nihilominus iis modis, res nu-
„das & apertas exhibemus, ut errores no-
„stri, antequam scientiæ massam altius in-
„ficiant, notari & separari possint; atque
„etiam ut facilis, & expedita sit laborum
„nostrorum continuatio. Atque hoc modo,
„inter empiricam & rationalem facultatem
„(quarum morosa & inauspicata divertia &
„repudia, omnia in humana familia turba-

,,v re) conjugium verum & legitimum, in
,,perpetuum nos firmasse existimamus.”*)

Si quis porro vit e nostr e anteact e, & officiorum, in diversis Europ e regionibus nobis impositorum, rationes partim jam alibi **) expositas,  equo animo perpendeat: condonabit is certe, mentem tot aliis laboribus distractam, oppressam, ab opere incepto hucusque deflexisse. Fieri vero aliter haud potest, quin a tempore, quo prima istius volumina in lucem prodierunt, fata res medica experta sit varia: & quin meliora passim in ea innotuerint: quorum partem nos ipsi, saltem aliquam, habuimus, discipulis, --- quin unquam nostra nobis vindicare contenderimus, commissam: ut igitur horatianum illud pr ceptum, quo nonum opus premi in annum jubetur, in re quavis alia, quam poetica, ad ipsius gloriam Scriptoris, minus, quam ad scienti e, quam alios perfectio-rem ille docuit, proutius incrementum conferre dicendum sit. Quam nos quondam opinionem de novo medicinae systemate, inter ultimum, ac pr fens hujus operis volumen, per omnem fere

Eu-

*) In Biographia propria.

**) De Statu Scientiar. Praefatio.

Europam expanso , exposuimus , *) eam ultro profitentes , cur nominum a recentioribus civitate donatorum usum hic fecerimus , dicendum nihil habemus . Aptiora illa sunt pristinis ; sed quod primas & incognitas eheu multorum morborum causas haud satis attingant , certe non aptissima . Pathologiae sic dictæ humorali , --- minus quidem ac nostræ ætatis plerique alii , sed magis adhuc quam justum fuisset , quondam adhæsimus . Etsi vero illam penitus ex medicina excludendam esse nec nunc quidem arbitremur ; plures tamen de multiplici humorum acrimonia hypotheses , utpote non satis firmas hoc in libro evitandas esse censuimus . Sic etiam , cum febrium divisionem æquo simpliciorem nos quondam dedisse eximii quidam Viri edixerint ; tantum abest ut in eo quidem argumento nos peccasse judicemus : ut illas , saltem continuas primarias , quotquot existunt , ad genera modo duo , sic ut intermittentes quoque , reduci posse existimemus .

Auditorum quondam nostrorum aliqui , suspensi diu hujus laboris continuationem in semetipsos suscipere voluerunt . Quo
ju-

*) In præfatione ad Josephi Frank , rat. Instit. clinici Ticinenis .

jure, & quo demum successu id præstiterint, alii dijudicent. Jam octo fere per lustra in amplio artis medicæ exercitio diversos inter populos constituti, de hoc tamen argumento tam arduo --- quod juvenuti res facilis videtur, nos ipsi magis magisque scribere veremur. Quod integrum inchoavimus, hoc, quidquid in eo sit, modo vires & officiorum ratio id præstare concedant, nos ipsi terminabimus, opus.

Cœterum, si quem hoc in libro scriptoris inæqualitas & incompta dicendi ratio offendat: is, partem illius fere medianam, undecim retro ab annis in Italia, --- alteram in Germania, --- ultimam vero, Russiae, favente bonis literis, in Imperio, filo sermonis frequenter intercepto, compositam fuisse intelligat.

Dabam Petroburgi, mense Novembri
A. 1805.

ORDO III.

PROFLUVIA CRUENTA.

DE MORBIS VASORUM SANGUINEORUM, ET DE PROFLUVIIS CRUENTIS IN GENERE.

Profluviorum naturam & causas generales contemplati jam sumus, nec eset, cur ea, quæ fluxus cruentos, quos nunc speciatim considerandos adgredimur, concernunt, universalis dictione complecti vellemus; sed tanta est purpurei humoris ex ingestis in animalem jam protinus naturam conversi præ aliis nobilitas, ac tantæ ex notabili & repentina ejusdem jactura hominem ærumnæ expectant: ut altera hujus maximi in re medica argumenti hic facta commemoratio, tum illorum, quæ de serosis mucotisque profluviis jam diximus (Lib. V. P. I.) intelligentiam promovere, — tum rerum, quas dicendas assunimus, & quas proximo, de Retentionibus, Libro referemus, clariorem in omnibus suppeditare imaginem debeat. —

Sanguis.

Hoc scilicet vitali ac perenni ex fonte, singuli, exceptis lymphaticorum ostiis, rivuli animales ubertim hauriunt — ad hunc, omnes, nec absorben-

tium genere excepto, ut communem in alveum, festinant, ac adveni liquoris in ipsum cruentum conversionem sollicitant. Hic crux est, qui, omnes inter animalis humores, fibras cordis motrices potentius extimulat, contractionem hujus visceris, quovis novo sub impulsu, novas, ac facto impulsui aequales, impetrat; & solo vasorum sui luminis imperio plerumque contentus, massæ liquidorum toties per vasa minora circulum vel maxime secundat, vasorum libertatem, dimensiones, reciproca commercia, & quæ ab ipsis potissimum pendunt, secretiones, excretiones sustentat. Nec tamen hujus miri indoles fluidi vel a longe quidem perspicitur. Pluribus, ac variis, quos deinde parturit, liquoribus praegnans, modo unam, ac fere similem ubique undam constituit; nec tam diversam, quam creditur, in diversis calidæ naturæ animalibus (ut transfusionis non infelix in multis eventus docuit) indolem manifestat. Sed quæcumque per ollia præcipitet, commixtos sibi tenuioris naturæ humores simul secum rapit, ab ipsis, subtiliore valorum systemate detentis, per canarium angustiam aversum, non ipsum in fugam abripitur, suis tamen principiis orbatur, flumen rubicundum. Cum vero mucoli, lymphatici, — vel subtrattis tenuoribus, vel pigrius propulsi, humores facile spissescant; languis, — vel suis ex alveis, sat multus effluxerit, — vel propriis serosi humores ex vasculis aufugerint, vel, cordis, arteriarum culpa debiliorum, lentius ille decurrat, — nisi quies, coagulo amica, accesserit, tenuitatem, plerumque majorem offendit, ac indolem vix non aquilam, in sua quasi principia diffiliens, resolutus ac pallidus, assumit.

Quo major est partis in sanguine rubræ ad serum proportio: eo majori crux securitate suis in canibus apud Ianos coercetur; sed eo potius, perfracto istorum repagulo, mox primus præcipitat: dum interim animalis pars liquidi tenuior peculiari systemate levata, ac magis a loco cruentum

rem fundente remota, flumine tardiore advehitur, ac fugam lentiorem molitur.

Aucta partis aquosæ, vel per liquida ingesta, resorpta, vel per rubræ jacturam, in sanguine quantitas: ad morbosam croris tenuitatem, hæc celeriter perduceret; sed inconstans, ac prona, vaporis, sudoris, urinæ sub specie, in fugam illius est indoles; ac ipso hoc menstruo natura ad eliminendas per renes & cutem inutiles, vel & noxias materias utitur.

Pars interim illius, per gluten animale, seu lymphaticum, mucosum, nutriensque principium, cum parte sanguinis rubra ligatur: quod ipsum principium, dum ob longiorem cibi nutrientis penuriam, vel ob causas morbosas, quantitate, qualitate, a lege sanitatis aberrat: robur fibrarum frangitur, ac languis tenuior, sib[us] aucto corporis, partium, per caulas quascumque, motu, per vias non luas, morbosas, facilius aufugit. Magnam hoc sanguinis principium, secretionis morbosæ vitio, vel sola stagnatione, mutatum, profluviorum multorum, infarctuum, polyporum, ac pleuromembruarum partem agnoscit.

Sed vel ipsa croris moles universi, sub statu salutis (casu interim sat raro, & vix sub alia, quam instantis in systemate vasorum debilitatis ex stimuli superabundantia oriundæ, conditione,) praeter modum augetur: plethora m dixerunt. Sub certo nempe corporis, quod alibi jam diximus, sed quod hic ulterius monuisse juvabit, ab hominibus æquali, ad adipicendum, sanitate instrudis, non aliter, quam ipsis a plantis, eodem solo vegetantibus, vel ex paucō alimento, pars nutriens ab istis, facilius, copiosius, quam ex multo, ab aliis extrahitur. Sunt quorum corpora sicciora, firmiora, abundantiore sib[us] victu, perpetuo macilenta incedant, ac fluidum fere omne, non in tela cellulosa, ut alii, crassiore sib[us] habitu, sed in vasis, plerumque amplioribus, circumferant. In aliis, sib[us] motu corporis licet exiguo, ac sib[us] paucō vi-

rium dispendio, ventriculus, per longum satis tempus, & cibos uberius expetere, & ingestos celeriter lubigere, — hinc nutrientis copiam materiae, quotidiana consumitione longe superiorem, valorum systemati cedenti transmittere observatur, ac nascitur, ad istud, plenitudo, cui expeditius movendæ, dirigendæ, sub corporis imprimis accedente exercitio, cor vires non habet, aut si habeat, ob valorum repletionem opprætas, suffocatas, exercere non potest. Alii, sub victu censueto lautiore, sanissimi, sed parte corporis conspicua mutilati, majorem robustio ventriculo, quam tot ramis orbatum sistema valorum tam facile suscipiat moveantque, nutrientis materiae copiam elaborant, ac in circulum assumunt.

Vafa.

Hæc igitur culpa fluidorum in quibusdam contingunt. Ast, vix longiorem per moram, hanc solidam violentiam patiuntur; sed stimulo cordi continuo oblato, extensem præter morem valorum sistema vel potentius in commissum sibi cruxorem invehitur, ac, leviori ex causa superaddita, inflammatoriam mox febrem accedit; vel, inducta corporis & ipsius ventriculi inertia, ciborum desiderium, lubacrio languescunt, & nutrientis in sanguinem materiae alfluxus imminuitur, suspenditur, plenitudo corrigitur; vel tenuiorum resorptio humorum præpeditur, ac tumor aquosus, lubricaneus, anasarca, aut & hydrops plethoricus succedit; vel ad partes spongiosas, laxiores, sanguinei infarctus, valorumque dilatatio morbosa, & viscerum compressio, sub variis symptomatibus lequuntur; vel demum ipse sanguis per vias non proprias, morbosas, prorumpit, & cruentum inducitur profluviu[m].

Sed frequentius solo valorum ex vitio, fluidorum in illis copia præter modum, nunc in toto eorundem systemate, nunc ad partem modo unam, vel alteram, augetur.

Obscura parumque exulta est, sed certe ab illa hæmorrhagiæ lejungi non debet morborum, quibus cor æque ac vasa subiecta sunt, doctrina; atque dum mota non ita pridem de cordis nervis dubitatio, in lignem apud Ticinenses in rebus anatomicis virum (*Scarpa*), ut has partis nobilissimæ potentias vindicaret, excitavit; nervorum, qui arterias venasque circumdant, comitantur ac subeunt, — si paucos, eosque notabiles magis ramos, vel illos, qui celebris Göttingenfis anatomici (*Wrisberg*) industriæ debentur, excipiamus, adhuc languet historia. Scilicet quo tempore a scholis præcipuæ morborum origines, fluidorum magis culpæ adscribi, quam a solidis derivari solebant, oportuit minorem vasorum, a fluidi contenti conditione in totum, ut putabant, pendentium dignitatem videri; ac licet variorum, quibus vasa subiecta sunt, vitiorum cognitio Antiquis tribuenda sit; vix tamen alia, quam quæ vasa patiuntur, — non quæ ipsi canales sanguinei inducunt, Veteribus perspecta fuerunt.

Irritabilitas

Ipsa certe fibrarum, arterias, non minimas, ambientium compages, quasi unicum, ac licet pergracilem, — protensum tamen ex corde, ac sua longitudine vires supplementem, tūbum musculosum, vel quasi cor unicum ac ramosum, per partes animalis fere omnes extensum, constituit. Quodlibet clarorum tentamina virorum has fibras, carnosas haud esse, aut, ut tales, quocunque sub stimulo surdas mansisse docuerint; sunt quoque alii, quibus non semel experimentum feliciter succellerit, ac arteria, vel vivo in cane dissecata, mox adeo, ut sanguinem, licet non tenuis diametri, effundere cessaret, se contraxerit; vel sub ferri attacitu, mox satis manifeste responderit; & oportet, potentias valorum vitales, non majoris adeo, — quam sibi magis adversi ad leges stimuli, sub certis modo rerum positionibus, moveri. Ipla falso, quæ fibras musculares habere nescimus,

mus, — irritabilitatem conspicuam tamen produnt, ac aperta, stimulata, se contrahunt, vasa lymphatica; nec sanguis, si modo elasticos, non vitali & contractili principio instructos canales arteriae offerrent, — celeritate, qua corde expulsus est, post tot obstracula superata, vix non eadem, aut saltem haud longe minori, rodiret. Sæpe dicrotus, ut vocant, interdum inæqualis, frequentior in una, — sanguis ac lentiore in altera arteria, — qui, dissimilis, uno a corde pendere non potest, est pulsus. Sub partis inflammatione locali, licet febre quis careat, ac totius systematis arteriae, de aucto cordis impetu testimonium haud edant, vibratio vasorum in parte affecta, sana est major. Similia vel solo sub capitatis dolore, sub febre asthenica, nervosa, quæ cum humili cordis impulsu incedit, ad arterias carotides, temporales, quin ipsas jugulares ad venas, — vel ad ipsam in abdomine aortam, cœliacamque arteriam, sub spasmis, — ut aneurysma non raro hic loci mentiantur, contingunt. Post prægrelsam in ventriculi, intestinalium incendio, summam arteriae radialis, in filum contractæ, duritiem, exorta his in visceribus lethali gangræna, — sæpe pleuna sit, & ampla, & mollis, — ipse m dicum inani haud raro fallens, arteria. In apopleticis plerisque, arterias, sub cordis motu lentiore, majores, ac sanguinis impulsu plus æquo cedentes, — in membro a paralysi correpto, præter maciem, calorem minorem, pulsus magis languidum, quam sana in parte, perlæpe reperimus. In febribus nervosis, seu asthenicis, sub extremo ægrorum languore, arteriae sæpe fallam plenitudinem, — ac, ut frequenter observavimus, sanguinem ad latera vasorum molliter diffluentem, manifestant. In moribundis adeo hominibus, arteriae non raro turgescunt, ac fibrarum contractili principio jam vix non omni carentes, sanguinem a corde suscepimus, quasi insciæ, majori unda transire sinunt. Si, per longos aliquando tractus, osseam ad indolem,

in senibus maxime, arteriæ accedant, nec tamen circuli humorum hos illico beneficio priveat: — id, quod propria illarum contrac^{tio}, sanguinis ad motum nil faciat, necdum demonstrat; & cordis ipsius fibras in osseam ex parte substantiam mutatas, quin sanguinis circulus cessaret, non minus exempla loquuntur. Gaugrænas ex ossea æque, quam ex nimis dilatata arteria, secutas esse, — & majorem sanguinis partem in arteriarum magnarum, in osseam substantiam conversarum, concavitatibus stagnasse legimus.

Est igitur suum arteriis, — vel a carne musculari hoc pendeat, vel a fibra cellulari, non omni vitali potentia privata, derivandum sit, contractile, — vel ex solis morborum effectibus jam satis elucens, — principium.

Sensibilitas.

Sed vel una sit ac eadem, vel diversa ab isto nervorum potestas; non minor est pulpæ sentientis in vasa auditoria. Pauci quidem, & modo exiles plerumque nervorum trunci arterias venasque majores, — nisi forsitan difficilis crux per easdem decursus sit, carotidum, vertebratum exemplo, comitantur; sed copiosi mox surculi illarum ramulos ductusque excretorios, hederae in modum, circumdant, ac plenos elegantiæ plexus nervosos super illis componunt. Quamvis interim vasa his a filiis nervosis, tenaci plerumque membrana firmatis, mechanice constringi, vix admittere queamus; non tamen ob id solum, quod cerebro, medulla spinali, irritatis, destrutio, sedato convulsuum impetu, nulla in motu vasorum mutatio tubintractare dicatur, iuanem hic loci, tam sollicitam, nervorum divisionem esse putamus; & instituta cum animalibus, sub diris cruciatis ac terrore, qui stimuli levioris actionem tam facile suffocant ac delect, experimenta, non exiguum observatoribus errandi occasionem dedisse videntur. Nec ex eo, quod in membro paralyssi correpto, cum vel sensus, vel motus in hoo-

om-

omnis ablatus est, arteriarum nihilominus pulsatio haud raro continua: nulla erit nervorum in ipsis, qui aliam magisque remotam originem agnoscunt, auditorias. Frequenter certe brachii, a paralyssi correpti, arteriam, alterius brachii illa, longe debiliorem observavimus; & exempla sunt, ubi pulsus in parte paralytica non modo debiliores, quam in sana, sed & simul lentiores fuerunt. Quæ sub animi pathemate fortiore, ad hominis vultum subitanæ mutationes, — quæ univerlo in corpore phænomena compareant, — quam celeriter ille nunc sanguine suffundi, nunc eodem ad extremum pallorem privari, — quam valide cordis & universi systematis vasorum motus nunc erigi, nunc dejici, ac vix non suspendi videantur, in vulgus sunt nota. Quæ tot nervis vinciuntur, modo tenui epidermide contecta, vasa labiorum, quam sive hæc medicum in morbis non paucis periculi admoneant, nullus ignorat. Potissima in sanguinis cohibendo profluvio remedia, vix ad vasa pertingunt; sed solo nervorum ventriculi attachu efficaciam exelerunt. Asperla ex improviso humeris, sub narium hæmorrhagia, frigida, in multis hanc illico suspendit; & admota genitalibus externis constusa glacies, ruentem ex utero crux, modo, ex inducta debilitate haud satis eruendo, non raro coercet. Non vana est apud credulos, amuletorum, quæ collo, vel carpo, vulgus appendit, — aut verborum magicorum, quæ risum prudentibus movent, in sanguinem e vasibus fugientem potentia; nec fabulam sapit Veterum de veneno serpentis (hæmorrhous), crux undique ex vasibus provocante, traditio. Quam facile periodica in profluvia cruenta, — nec illis, quæ violentia externa induxit, ubique exceptis, indolem assumant, — quanta cum rerum constancia in foeminis vel sanguine pauciore dotatis, vasa uteri, vel alia, per dies sat fixos, sub lumborum, pelvis, uberumque tensione, dolore, ieplicantur, — post istos, — etiam cum crux excretum nil fuerit, mox placide confidant,

fidant, — febres ipsas, quæ typum intermittentis afflumunt, hinc inde sub specie profluvi i cruenti absolvit, Vos certe non latet; — quæ singula, & alia, nisi eorum, qui vasis implicantur, nervorum actioni maxime tribuenda sint; alteri, quod melius rem explicat, principio tribuere nescimus. Quodsi hæc ita constituta sint: oportet sane morbos, quos irritabilitatis, sensibilitatis (vel si in unam has res qualitatem contrahere, ac incitabilitatem adpellare magis placuerit) sano a trainite declinatio aliis in partibus inducit, vaforum quoque systemati, nunc omni, nunc certis modo in locis, sub datis conditionibus, adscribi; & affectus spasmodicos, convulsivos, atoniam, paralyсин ad vasa non minus, quam alibi locorum, subnasci. Arteriarum venarumque observata inflammatio, & quæ hanc ipsam comitabantur symptomata, abunde hæc docent; ac sola jam pulsuum, sub teneræ ætatis irritabilitate, sensibilitate majoribus, frequentia, mobilitas, — illam, quæ in homine adulto, vel sene, occurrit, longissime superans, — quam insignis principii vitalis in sanguinis ductuum systemate auctoritas, in sano non minus, quam ægrotante in homine esse debeat, abunde demonstrat.

M e m b r a n æ v a f o r u m.

Sed antequam de istis ulterius loquamur, de cæteris, quæ morborum ex propria vaforum structura pendentium historiam concernant, hic mentio facienda est.

Scilicet intermedia fibrillis arteriarum carnis strictissima tela, — vel et illa, quæ has inter et extimani intimamque arteriæ, affinem structura, tubicam collocatur, non minus frequenter, — aut laxa nimis, aut nimis stricta, concreta, compressa, aut peregrinis materiis referta, aut incisa, exesa, confusa, — morborum sedem constituit. Sub fortiore aortæ phlogosi, cellulosam, quæ fibras musculares arteriæ utrimque investit, manifeste tumuisse conspeximus, ac in ipsis pathologo-

logicis Museis, tum Ticinensi, tum Vindobonensi, a nobis magno cum labore eratis, conservatam, crassiores, Auditoribus ostendimus. Similis quoque tophaceæ, aut subosseæ materiæ, flavi sub specie succi, qui callosus primo, dein osseus fit, inter tunicam carneam intimamque effusæ, qua scilicet arterias in duros, squamosos, ac rigentes canales converti jam diximus, sedes est. Memorabile hujus morbi, de pueru novanni, cuius et pater et avunculus eodem valorum vitio laboraverant, exemplum alibi descripsimus; atque universum fere arteriarum systema, pluribus in locis, in osseam naturam conversum, Museo Ticinensi pathologico commisimus. Steatomatum, abscessorum in arteriæ tela cellulari externa frequenter repertorum, — tumoris hujus membranæ, qui cavum arteriæ arctabat, — spissitudinis auctæ parietum arteriæ, sicut a nobis, ita et ab aliis exempla notantur. In subcutaneo hydrope, dum omnis cellulosa ab aquis infarcta est, membrana quoque arterias exterius investiens, iisdem non parum repletur; nec dubium est, ecchymoses, maculasque scorbuticas profundas, hanc sedem, cum vario compressionis valorum effectu, agnoscere. In ipsis scilicet arteriarum, venarum ramis, tot vasculis, quæ sanguinem illuc conducunt avehunte, irriguis, cum phlogosis easdem prehendit; lympha, in cellulas effusa, coëundo, spissitudinem tunicarum adauget: unde propria his vasis elasticitas increscit, ac ab impetu sanguinis, vel quovis alio, faciliter hi canales rumpuntur; aut tuberculæ, abscessuli hinc inde nascuntur: qui profundius aperti, — quod in fœmina Ticinensi, subitaneam per mortem abrepta, et nuper in juvene Viennensi, præviis modo inter scapulas doloribus, — sub ipso ad alvum deponendam nixu, illico enecto, ex aortæ abscessu, cordi vicino, factum esse novimus, — sanguinem quamplurimum, lethali cum effectu, ad interna profundunt, aut modo partem arteriæ rodentes, ut externæ lœsiones

nes quoque faciunt, ad aneurysma disponunt. Sed s^epe phlogosin valorum, ut aliam quamcunque, per lymphæ morbose secretæ, solius transudationem absolvit multa nos docent. Puriformis hæc materia, ad inflamatæ arteriæ internam superficiem tenaciter hinc inde hærere a nobis conspecta est; ac nuper in viri pictoris, hydrope febrili ac scorbuto enecti, — pulsu, dum viveret, exili, sed durissimo instrudi, cadavere, aortam omnem, a corde usque ad suam in crurales arterias bifurcationem, deteximus inflamatam, ac non modo multis oblessum maculis albidis ex lympha coacta illinc desixa, — sed et veris excoriationibus notatam demonstravimus. Pars maxima illius lymphæ, a sanguinis torrente abstergitur, abripitur; sed in cruorem converti, quod coagulum morbosum jam experita fit, non amplius idonea, inflammatoriis tum hypersthenicis, tum asthenicis in morbis, et in aliis, qui phlogosin localem comitantur, per renes, suo tempore, excernitur, ac albi in urinis sedimenti sub specie, felicem in multis exitum promittit, in aliis, metalla-sis iniquæ, aut lentæ, ex chrono incendio, febriculæ, ac tabis, line ulceris præsentia, effectum, discrimine plenum, nobis exhibet. Hæc ipsa est polyporum, qui ad latera cavorum cordis, arteriarum, toties, — non certa sola a morte, ut aliqui defendunt, sed in vivente ad multas miseras homine, adhærent, aut cava hæc opplent, materia. Sub hujus in valis non magnis et a phlogosi tumentibus, abundantia, ea ipsa non difficulter superficie interna, vel uno, vel pluribus in locis, concrescunt, et solidam nunc indolem, ac formam ligamenti, — quod vel ipso in trunco aortæ descendens, ac in ramo arteriæ cœliacæ splenico factum esse constat, — prorsus assumunt; nunc pseudo abscessus, seu materiæ puriformis hæc ulcere collectiones, interrupta, nodosa, effor-mant.

Ex his apparet, nec internam arteriæ tunicam vitiorum esse prorsus expertem; et quanvis a sanguine per vasa fluente ac riori, et ut multi contendunt, quasi a *ustico*, eandem erodi, consumi, ad hypotheses pertineat; ex iplæ tamen cauſæ, quæ omnes arteriæ membranas, — hæc et solani hanc, primum afficere queunt; et sicut hæc ipsa potissimam phlogosis sedem in conspectis a nobis arteriæ inflamatæ exemplis constituit: ita et polyporum arda'cum hac tunica in multis connexio, morboſi quid huic ipsi contigisse, maniſſat. Facta, per causam quamcunque, hujus membranæ laſione: facilis est lauguinus per cæteras arteriæ tunicas infinuatio.

Effectus morboſi.

Aegritudines hinc non paucæ ex vasorum et cordis principio vitali non minus, quam ex tuicis et lumine canarium vitiatis oriuntur; ac sicut illæ präcipua machinæ animalis instrumenta pefſumant: ita motus in ipsis a sanis diversos inducent, et eosdem nunc maxime intendant; nunc vero infringunt, aut protinus ſuspendunt.

Scilicet cor musculus est multiplex, cujus fibræ, non diversim ac aliæ hujus generis, a timulo fortiori æquo magis excitantur, sub minori quam par est, languescunt, et a variis in sanguine movendo obſtaculis turbantur. Ubi animi affeſtus, convulſio febrilis, aut motus corporis violenti, lauguinem copiosum cum impetu per vasa präcipiant, et uberiorem cordi crux undam, quam ut istam placide amplecti, & ſulceptam per angustas pulmonum vias tam facile urgere queat, tranſmitunt: oportet ſane ut major ac ſimil celerior cordis robusti ſuccedat, extenſa per arterias, vibratio. Ubi ſtimuli hoc viscus moventes temporis ratione inæquali diſtribuuntur; cordis motus in aequalis ſequetur. Si forſitan diurnior ac fortior, quam par eſi, hujus attio ſtimuli in cordis fibras continuat, aut his æquo applicatur frequentius; hujus visceris palpitatio & quaſi convulſio,

seu motus cordis vehementior, abnormis, cum pulsu arteriarum non simul aucto, frequenter lano minore, hinc a sola vibratione diversas, locum habebit. Si flumine crux tam exiguo advehitur, ut hujus musculi vitalis cava implere, distendere non queat; motus cordis obscurus et exilis aut tremulus, — si unda sanguinis nova lentius aut nulla succedit, lentus observatur, aut intermittebat, aut prorsus suspendetur.

Varia autem ad cordis hos motus morbosos contribuunt, quae vel hoc ipso in viscere, vel in valis ac partibus vicinis, vel in locis remotis, ob nervos affines contentu majore instructis, quærenda sunt. Ubi sanguis cordis atris, ventriculis advenitus, vel istorum ob vitia organica, ob fibrarum muscularium sensibilitatem, irritabilitatem aut nimiam, aut justo minorem, ob contrahendum aneurysma, ob indolem callosam, aut osseam, ob vulnus, phlogosin, abscessum, ulcerum, aut fuscum, aut moderata contractione expelli omnis non potest; — ubi corpus peregrinum, polyposa, fungola, ossea, calculola concretio ad contractionem continuo stimulat; — ubi valvulae cordis, ob contractam rigiditatem, duritiem, aut fere penitus connivent, aut ad latera reflexæ, concretæ, aut a corde solutæ, vel sanguinis e corde exitum, vel refluentem ex arteriis pulmonali, aorta, crux a corde non satis avertunt; — ubi serum, humor puriformis, purulentus, ichorofus, sanguis ipse, pericardio inclusa, tam mole, quam iniddle perversa, continuo nobilissimam hanc partem laceffunt; — ubi ipsum pericardium cum corde, ob phlogosin prægressam aut alias ob rationes, concretum, aut vicinas ad partes morbose adhaerens, vel adeps multus, cordis circa basin collectus, hujus musculi libertatem infringunt; — ubi crux a dextro ventriculo per substantiam pulmonum, obstruendo quoque, mechanico, spasmatico, præclusam, expelli non potest; — ubi magna arteria, vel rami istius maiores, aut tunicarum ex vitio ardiores, aut

aut polypis, tumoribus oppleti, aut exterius compressi, irruenti obicem crux ponunt, — vel, praeter modum dilatati, vel in osseam substantiam mutati, sanguinem sulceptum propellere reculant, — ubi major in partibus remotis, in abdominis præcipue visceribus, a vermis, faburrali, venenosa materia, vel a spasmis ac flatibus, ventriculo, intestinis detentis, vel a miasmate, contagio, irritatio, cordis nervos in mutuos consensus rapit; — his omnibus in casibus oportet motum sanguinis per cordis cava, & ex istis, per vasa pulmonum & corporis universi, non parum turbari.

Non satis acute Autores, in ea, quam ad vasa dixerunt, plethora, ad solam istorum diametrum & capacitatem, languini ferendo minor, hydraulicis modo legibus innixi, respexerunt. Nec etenim sola vasorum tanti est elasticitas, ut crux quantitati moderatae, tum quieto, tum exercitato in homine, capienda sit impar; sed maximum in vasorum sensibilitate morbofa est positum rerum momentum: sub qua scilicet, ut in teneris & chloroticis puellis, in juvenibus deliculis, & literatis in hominibus videre est, cum solitis ex utero, naribus, aut venis ani forsitan profluviis cruentis, tempore exiguo privantur; aut corpore vel animo quidquam commoventur, mox singula plethoræ, qua certe non laborant, symptomata, pulsusque duros ac plenos, cum febre, inflammatoriam mentiente, manifestant.

In tantos vero motus cor ipsum, sub his obstatulis, aut stimulis excitatur: ut ejusdem palpatio, vibratio, pectori tam nudo, quam vestibus aut stragulis obtecto, oculis non modo tactuque distingui, sed & plures interdum ad pulsus, ac ipsis praeforibus, thoracis, quasi a malleo intus percussi, sonus audiri bene queant. A vi cordis hunc in morem convulsi, ac suis in vicinum thoracem vibrationibus continuo arietantis, costæ sua ex sede expulsæ, aut sternum cum illis in tumorem extrorsum elevatum, aut hæc olœa pectoris

ris repagula, ut super incudine metallum, extenuari, ac demum disfrangi conspedea sint. Tantus nos quoque in homine, cui omne arteriarum venarumque omne systema inflammatum erat, cordis vibrationes observavimus: ut regio iliaca sinistra eadem, qua pectus, vehementia in altum, sub quovis cordis iactu exturget, nec tactum æger sinistra thoracis ac abdominis parte, sine summo dolore, perferret. In pluribus ægrotis, ex hoc sola cordis arteriarumque vibratione insigni ac prorsus rebelli, vasorum in cordis viciniis phlogosin praedicare, & præalentem in cadaveribus ostendere potuimus; sed longe hæc cordis vibratio dicitur a motu abnormi, quo viscus hoc palpitat, quin simul cum eodem convellantur arteriæ.

Si, quæ dictos in corde motus morbosos producunt, causæ, arterioso applicentur systemati; hoc ipsum limiles ex parte effectus, majoribus in vasis, manifestat. Hinc vigente in parte corporis a corde remota, stimulo locali, arteriæ hinc inde, ad instar cordis irritati, vel solæ, nunc vibrant, palpitant, subsiliunt, convelluntur ac tremunt; nunc inæquales, debiles, obscuros modo iactus, sub cordis motu sat vegeto, edunt; nunc, per magna satis intervalla, intermittent, aut protinus pulsare cessant, & ignota cordi & forori arteriæ asphyxia laborant.

Sunt, quibus, sub bona in cæteris valetudine, inæqualis ac sæpe intermittens arteriarum est pulsatio; & quibus accidente in febribus stimulo insolito, hæc in sanguinis motu vitia, ut nos ipsi quoque sumus experti, illico disparent.

Aneurysma.

Quæ vero tam insignem fluidorum molem continuo movent, & tanta per spatia urgent, cor atque arteriæ; hæc, in humana, tot animi affectibus exposita, certe magis, quam alia animalium in classe, non raro, & diversis a causis, violentiam patiuntur, parietibus cedunt, & varios sensus, præter ordinem lanitatis, dilatata, partem im-

imperii in sanguinem sui, sensim sensimque amittunt: a neurysma, morbum, veteribus, ob rara corpora humana secandi occasionem, vix cognitum, dixerunt. Hoc igitur est tumor ab expansa, per sanguinis torrentem, morbosam in molem arteria.

Divisio. Non magna, nobis quidem, ratio subesse videtur, cur verum hoc aneurysma, dicentes, alterum, quod magis ad continui laesiones, — ac sanguinis ex incisa, exesa, disrupta arteria in telami cellularem vicinam & in spatia muscularum adjacentium effusi ratione, ad ecchymoses pertinere videtur, — seu spurium, ut speciem, eidem subjunxerint. Quis etenim similem a sanguine venoso in cellulas vicinas effuso nascentem tumorem, quin venae diameter sit auda, spuriæ varicis nomine dignum judicaverit?

Est interim, ubi laesa, per cuspidem lanceolæ, brachiali arteria, & sanguinis prolluvio, compressionis beneficio, cessante, hac demum, priusquam vulnus arteriæ sanatum sit, sublata, aut eodem hoc vulnere, immaturo sub motu brachii, denuo distracto, sanguis de novo stillare incipiat. Nascitur tunc parvus primum, eodem in loco, tumor, qui, ob sanguinem lente in telam vicinam cellularem, a facta compressione jam quodammodo cum laesæ ac inflammatae arteriæ parietibus externis cohaerentem, effusum, ac in speciem folliculi suscep- tum, paulatim augetur, colorem cutis conservat, circumscriptus, rotundus est, compressus cedit & pulsat, vel tremit: cysticum aneurysma, ac spuriæ varietatem vocarunt.

Huc certe pertinet tumor magnus, in vitro placentiō, post saltum, ad tibiæ anteriora, non longe a genu, natus, cum osse tibiæ artē cohaerens, qui folliculum referebat, ac digito quodammodo cedens, aneurysmatis adinstar, forutē pullabat. Hic tumor, crure reledo, ac Ticiuum docto a viro transmissō, dissectus est; sed nulla in arteriis vicinis laeso te obstulit, ac ipse folliculus cum

cum parvis modo ramulis illarum commercium alebat. Interim sanguis ex cryptis quamplurimis, in facci crassioris superficiem internam patulis, ad hujus cavum delatus, pulsationem in eodem, fine quavis arteriae tibialis dilatatione, sat longe ab ista remotus, evidentem excitaverat.

Est, ubi expansum jam nimis verum aneurysma, vel sponte, vel ob novam violentiam, rumpatur, et sanguis vicina in loca effusus, tumorem, miseri sub nomine aneurysmatis yenientem, constituant.

Mistum aliqui aneurysma quoque dicunt, et quidem *externum*, ubi tumor a sola membrana cellulosa arteriae externa, internis ejusdem duabus membranis diruptis, generatur; — *internum* vero, ubi membrana arteriae interna, extensa, inter duas ejusdem membranas externas, solutas, urgetur ac morbose distenditur. Sed primum quod attinet, aliud certe id, quam veri aneurysmatis varietas non est; et si cum recente hac de materie scriptore non dixerim, in omni vero aneurysmate provento, semper internam arteriae membranam, ac tunicam musculosam esse ruptas. Ad alterum quod spectat, quam idem hic auctor existere negavit, nimis certe communis venæsecundonis incautæ, alteriusve lœsionis arteriosæ effectus est.

Est etiam, ubi vena cum arteria subtus jacente simul feriatur, & — forsitan, ubi, facto in venæ inflamatæ substantia abscessu, hic ipse ad contiguam arteriam penetraverit, cruxque ex ista, cum impetu ac sibilo in illam ascendens, venæ parietes in tumorem, adinstar aneurysmatis communis, sine cutis colore mutato, salientem, mollem, digitisque cedentem, attollat: *aneurysma varicosum* vocarunt.

Sed hæc singula complicationem magis symptomatum aneurysmatis, quam species hujus mali diversas, vel malum origine ab ipso aneurysmate diversum constituunt.

Nunc vero tum cordis, tum arteriarum aneurysma, ex una modo parte est: ut in illo, vel una, vel altera auricula, — ventriculus aut anterior, aut posterior, capacior sit iusto; in istis, ut, vale ab osse vicino, vel aliter magis firmato, pars ejus aduersa seu liberior modo turgeat, sicutumque, nunc simplicem, nunc divisum, — ut a costis per saccum aneurysmaticum ab invicem remotis & hoc ipsum aneurysma quasi duos in saccos dividentibus, factum esse legimus, — efformet; nunc autem cor omne, aut tota arteria in molem sana ampliorem, ac enormis interdum magnitudinis dilatatur; utroque vero in casu, arteria nunc fere rotundum, circumscriptum, nunc autem diffusum ac longiusculum tumorem producit.

Sic & aliæ aneurysmatis differentiæ nascuntur ratione originis, vel externæ, — scilicet vel a vulnere extimas per arteriæ membranas penetrante, vel a pure, ichore has ipsas exedente, ab osse fracto, luxato, carioso, a distensione, contusione, percussione, distractione, thoracis incurvatione, compressione apud artifices, aut literatos apud homines perpetua, a nixu lub partu difficulti, luctatione, gestatione, a cursu, saltu, lapsu, tubarum, fistularum inflatione, clamore, cantu acuto diutius protractis, a vomitu, tussi, sternutatione, risu intentis, a majorum compressione valorum, ab iis, quibus fulciuntur exterius arteriarum parietes, subtractis &c. — vel, cuius interim indoles plerumque ignota est, interna, quæ nunc omne valorum systema, nunc modo partem isius, tenere videtur. Non tam rarum est nempe, aneurysma spontaneum per omnem arteriarum extensionem paulatim oriri; vel uno per manum chyrurgi ablatio, mox alterum, in alia arteria, externa, interna, subnasci: qui morbus vix aliter, quam ex fibrarum muscularium distantis lateralibus, sanguinis affluentis ab impetu, a nata hic illuc phlegosi, ac materiæ puriformis, in coagulum pronæ, inter-

interpositione, præter modum adauatis, vel interba arteriæ membrana his in spatiis, ad exteriora, in speciem facci, lumini arteriæ contigui, cedente,— vel ex ipsa fibrillarum laxitate, atonia, paralyfi,— vel ex continui, excepta vasis interna tunica, per causas internas læsione; interpretandus videtur. Hinc longus excitantium, vini, alcoholis, aromatum, opii, mercurii, aliorumve, quæ corporis motum fat valide intendunt, simulque vim fibræ contradicilem paullatim consumunt, extinguunt; aut occultas arteriarum in systemate phlogoles accendunt, totamque vasorum cellularem, fibris muscularibus intermediate, puriformi materia infaciunt, distendunt, abusus, — animi pathemata hujus generis: ira imprimis ferox, aut repressa, gaudium extreum, amoris incendia diurna, febris vehemens hypersthenica, vel ipsa inflammatio in præcordiis prægressa, motus sanguinis in parte corporis conspicua, vel ipso in corde, obstracula, ut a polypo, excrescentia, calculo, valvularum tricuspidalium, mitralium, arteriæ majoris, pulmonalis in osseam substantiam conversione, membra conspicui amputatio, aortæ imprimis angustatio, pinguedo cordis nimia, — hinc spasmi, dolores violenti, alismata, dispnœa, quaçunque ex causa producta, animi pathemata deprimentia, mœror, terrorque summus, aut rodens invidia, debilitas, aut perversa constructio, dispositio nativa, hereditaria, aut nimio exercitio inducta nervorum læsio, — hinc denique acre, solidorum nutritioni, cohæsioni infensum, imprimis syphiliticum, potissimas aneurysmatis spontanei causas nobis fistunt.

Cum vero morbolam arteriæ dilatationem aneurysma formare monemus, non igitur, quod interdum ita se habet, membranarum tenuitas ubique hoc vitium comitatur; sed læpius crastities illarum, in ipsius expansionis ac temporis ratione, a materia polyposa, tunicæ arteriæ, quo loco dilatata est, applicita, augetur; interdum facci hinc inde olescent parietes; aut sanguine ac lympha

per quietem aliquam rationem coactis, sibique in famellas superimpositis, tenacibus, obducuntur, densantur, iisque vel solutis, vel ipsi parieti adhaerentibus, plus minus replentur.

Ceterum, quamvis a *Lancifio*, thalamorum cordis dilatationi, aneurysmatis nomen, ex eo, quod crustaceæ sanguinis concreti lamellæ defint, ac symptomata sint alia, negatum sit; nullum tamen hoc de re dubium superesse nunc potest. Hoc vero mali genus, arteriis certe, quam cordi communius, frequentius auriculas, quam ventriculos cordis, — atque anteriora magis hujus visceris cava, quam opposita, afficere videtur. Alii, ventriculum posteriore, licet magis robustum, præ altero, — ac auriculam dextram, præ sinistra, aneurysmate tentari monuerunt. Pro utraque assertione, exempla cumulantur: quæ singula difficile est sat æquum ad calculum reducere. Sinistri cordis ventriculi & auriculæ annexæ aneurysmata diurna, facile ventriculo auriculæque dextris vim inferunt; ac, vice versa, dextra cordis auricula in aneurysma dilatata, aortam vicinam aliquando sua mole attingendo, eandem compressit, distorsit, sanguinisque ex cordis ventriculo sinistro effluxum haud parum præpedivit. Ex arteriis, si de illis, quæ læsioni externæ subjectæ non sint, est quæstio, frequentius aorta, imprimis quo loco in arcum inflexa, descendere incipit, nec non rami illius majores, aneurysma patiuntur. Arteria poplitea frequentius, quam externæ aliæ arteriæ, a vero aneurysmate corripitur. Interim vix ulla, vel quidquam conspicua, habetur, quæ aneurysma non subinde contraxerit, arteria; nec ætas, nec sexus conditio, hoc a vitio immunes descendæ sunt; sed ipso adeo in foetu non tam rarum est aneurysma ad cordis auriculam reperiri; atque tum ista, tum maxime ventriculus posterior, hinc inde locum ac veluti foramen pellucidum ostendunt: quo fibræ manifeste dehiscunt, ac foliis membranis, interna & externa, quibus sanguinem conten-

tentum coercent, infirmo nimis, pro vita longiori, repagulo, cohærent.

Aneurysmatis effectus, pro partis ab eodem prehensæ dignitate, positione, pro causæ agentis, & pro auditæ voluminis ratione, diversi sunt. Ob summam cordis in cœtera imperium, summa quoque ex illius aneurysmate, quod vel ad ipsam hujus visceris substantiam, vel coronarias ejusdem ad arterias est, vitæ incommoda redundant.

Non omne interim cordis, aut sinuum auricularumque volumen consueto majus, aneurysmatis mox nomine est dignum; sed mira est visceris illius quoad habitum externum, magnitudinem, pondus, propriique contextus firmitatem, varios apud homines diversitas: quin igitur effectus, quos tamen necessario, in sano non minus, quam ægrotante in homine, hæc singula inducunt, satis innotescant. Nunc etenim, non paucis in cœdaveribus, cor exile, ponderis exigui, et quasi tabescens; — nunc vero amplum, torosum, grave, & utroque in casu mox laxæ, mox vero firmioris consistentiæ, quin aut vitæ anteaæ, aut morbi, quo istam amiserant, historia, aut corporis totius constitutio diversa, tam insigñis uno ac primo simul in viscere, differentiæ rationem offerrent, non sine aliquo stupore conspeximus. Est quidem certa, nec satis intellecta, & viscerum aliorum, ut hepatis, splenis, sine morbi evidentis ac proprii apparatus, ac sine vasorum obstructione, in majus consueto augmentum proclivitas; nec semper sine partis contiguæ confiniis simulque officiis infractis, illorum extenditur imperium; sed cordi certe major cœteras in partes, quam ut aliquid vel addi, vel demi, sine labe totius, queat, concessa est dominatio; & in hac cordis ad arterias, aut istarum ad illud, — & singulorum valorum ad sanguinem proportione mutata, latent magna temperamento-rum non minus, quam certe multorum in mōbos de vi nimia vitali testantes, vel contrarios in adfētus, indelebilis dispositio, & aneurysmatum, pro-

prosluviorumque multorum prima rudimenta. Non sine omni rationis fundamento cor magnum, ut virtutis eminentis synonimon ad nos usque pervenit; & si maxima functionum omnium libertas, mentisque ipsius feliciter dispositio, a prompto cruxris per organa sensoria decursu, ac singularum perfectione secretionum dependeant; oportet sane quamplurima cordi vegetiori, quae aliis principiis tribuuntur, adscribi. Cæterum cordis, volumine ac pondere, quascunque ob causas, aucti, profundior plerumque, deorsum extenso diaphragmate, positio, pulsatio est: quod cordis prolapsum dixerunt. Ex parte cordis in osseam substantiam conversa, non modo pulsus intermittens, dolorque sub costis sinistris; — sed & vomitus assumtorum, ex compresso per cordis partem osseam, diaphragmati impositam, ventriculo, originem sumpserunt.

Hinc arteriarum, quae ex corde proficiscuntur, extensio, capacitas, divisio, libertas, quae viribus istius respondeant, & neque cedant nimis, neque imperent, morbum hoc in systemate organicum, ut vocant, non facile admittent; sed conspicuæ mox turbæ sublatum in utrisque æquilibrium sequentur, nec aliam originem aneurysmatum cordis in prima hominis ætate frequentia, quam vasorum corpusculi humani brevitatem, ac nimias, quas cordi opponunt, resistentias, vel congenita in cordis strudura vitia agnoscere videtur. Pericardii cum corde concretionem, morbosamque crassitiem, duritiem, positionem cordis iniquam, unde motus hujus visceris præscriptus impeditur, pinguedinem nimiam cordis circa basin collectam, steatoma, vomicas, abscessus, in cavo pectoris, mediastini exorta, thoracis osseæ conformationem perversam, subclaviarum axillariumque arteriarum exiguum diametrum, aortæ aneurysma induisse, — hujus magnæ arteriæ angustias, aneurysmata, polypos, palpitationes diurnas, sanguinis torrentem cohibendo, cor ipsum dilataffe, — quæ spiritum cavo pectoris, sub nisu fortiore, includent,

dunt, aut cruris per pulmones contractos, compressos, infarctos, transitum diutius impediunt, haec, sini cordis anteriori & auriculae, vel & cordi universo, violentiam intulisse, complura in fastis medicorum adnotata testantur exempla.

Cordis vero dilatati haec vitia, prout vel sinum, auriculam, ventriculum anteriores, vel posteriores occupaverint, oportet quidem ut distinctos ac proprios cuique speciei effectus, sub suis initis, producant; sed fatemur dolenter, vix ullos ex ipsis, qui latis certa significant, nec saepe ex aliis longe morbis descendant, a medicis interligi. Interim applicita thoraci, ad anteriores conversio, manu, vel aliquis & influetus hic motus, vel nullus, — palpitatio aliqua, interdum vehementissima, vel nulla, — licet signa aneurysmatis in praecordiis haerentis cetera non defint, sentiuntur. Pulsatio diurna, insolita, vibransque, respiratio difficilior promptiusque se se manifestans, anxietates majores, — aut auriculae, aut ventriculi sinistri, aut cordis totius, aut aortae aneurysma, — motus vero insolitus, vel nullus in praecordiis, vel talis, qui nullam, nisi venarum jugularium pulsationem sive fluctuationem diurnam, animi deliquia frequentiora, inducit, — venarum cavarum in cordis viciniis, aut auriculae, aut ventriculi dextri, aut arteriae pulmonalis dilatationem non raro, aut saltem vitium aliquod, eujus sedes in cavis dextris cordis sit, significant. Tanta vero in cordis, arteriae magnae, vel majorum ex ista ramorum aneurysmate est pulsatio, vibratio tam insignis, ut vel auribus adstantium percipi, & a spatio longinquo oculis distinguui non raro queant; ut claviculam, tam firmis ligamentis cum sternu junc tam, ex articulo coegisse, ac sternum ceterasque, vel seorsim vel simul, ut de corde palpante alibi jam diximus, in magni speciem tumoris elevasse, fregisse, sint visae.

Sed alium aneurysmatis, tum cordis, tum alterius majoris arteriae effectum in ossa vicina pro-

propius tetigisse juvabit. Non raro scilicet hæc ipsa, vel vivente ægroto, a contiguo aneurysmate consumi, & conteri, confringi, vel quasi carie destruenda, a morte cernuntur. Ossis sterni, ab arcu aortæ dilatato, magna ex parte destructi, & cutis superimpositæ, cum interitu ægroti celerrimo, disruptæ, nos bina in museo pathologico ticinensi exempla conservayimus, ac plura ab aliis descripta sunt. Ipsas adeo dorsi vertebraes, ad spinalem fere usque medullam, consumtas esse, ex fida observatione habemus: ut male, non pauca aneurysmata ex ossis arteriæ vicini carie, quæ sæpe effectus illius modo est, venisse sit dictum. Nec certe caries, cum ossa ex aneurysmate laeduntur, vera, plerumque hic subest; sed istu vehementer arteriæ dilatatae, qui toties locum ossis semper eundem arietat, hic idem, ut gutta cavat lapidem, contunditur, ac tenuem in lamellam extenuatur. Cartilagines huic magna aneurysmatis violentiæ restitisse, ac suam integratatem elasticitatis, qua instructæ sunt, beneficio conservasse, conspectæ sunt. Cum interim hæ vires ad ossa confringenda sine dubio sufficient; fateri simul oportet, ossis ita perfracti cariem, & causas istius, non ubique esse. Scilicet pulsationis ac vibrationis in arteriæ loco dilatato vehementia, tum ossis contigi periodio, & vasculis nutritioni osseæ substantiæ dicatis, infensa est; tum ad morbosam secretionem hæc ad loca, & ad saccum aneurysmatis, contribuit. Multa nempe latenter in membranis arteriæ quamplurimum extensis chronicam quasi phlogofin, ostendunt; ac dolor sub fine aneurysmati accedens, ac juncsus subinde externis tumoribus rubor, hæc ulterius confirmant: quo certe rerum sub statu, inique secretus humor, tum ossa vicina, tum ipsum aneurysmatis saccum arrodere, consumere, ac ut citius hic ipse rumpatur, disponere potest.

Ex cordis vero præter modum dilatati, & arteriæ majoris, aneurysmate correptæ positione ac sede, non minora in partes & viscera vicina: ex illo-

istorum compressione læsisque functionibus, discrimina redundant. Sic a corde, vel sacco aortæ aneurysmatico præmagnis, in vicinos pulmones, tam pondere, quam mole agentibus, tuffis innanis, continua, dispnoea, anxietas insignis, sub decubitu in dorsum plerumque crescentes, pedore antrosum inclinato aliquomodo, sub initio, sopiaendæ, impedita in nonnullis deglutitio, somnus interruptus, laboriosus, difficilior sub motu corporis respiratio, molestiæ, doloris sub sterno, ad scapulam sinistram ad dorsum brachiumque sensatio, aut stupor in isto, pulsus parvus inordinatusque, sanguinis per tracheam rejeccio in aliis, hydrops pectoris, nec minus vertigines, insultus apoplectici, paralyses, convulsio, extremorum frigus, syncope, ac tandem suffocatio sequuntur. Sub tantis vero causis malorum, interdnm hæc singula remittere, aut quasi ex toto disparere, ac novæ spes vitæ concedi observantur; quæ interim mox novo ac fortiore insultu deletur, aut ipsam in mortem commutatur.

Frequentius autem aortæ, ramorumque istius, aut arteriæ pulmonalis membranæ, cum ad summum jam gradum dilatatio ascenderit; prævio latè sepe dolore acuto, ex improviso rumpuntur, & plurimus mox crux in loca vicina, vel in partium cum sacco aneurysmatis concretarum cava-
tes, in pericardium, tracheam, bronchia pulmo-
nis, œsophagum, — ad cavum abdominis, in
ventriculum, intestina, vel inter mesenterii, ut ex-
perti sumus, laminas, sub morbi longe alterius fa-
cie, & cum celerrimmo ægrotantis interitu, pro-
funditur. Arteriæ magis a corde remotæ, exter-
næ, sanguinem, disruptæ, musculorum cellulosa in-
ter spatia eructant, & spurium, ut appellant,
& cujus nos chyrurgis disquisitionem & curam re-
linquimus, aneurysma conspectui produnt.
Vidimus arteriam brachialem sub venæ sectione
simul sauciataam, ac vero sensim aneurysma-
te correptam, quin evidens tunicarum laceratio
con-

contigisset, sanguinis quasi rorem subtilem, per cutem, a maximo tumore non minus extensam, plorasse.

Sed antequam talia contingant; tum in cordis, aortæ, tum aliarum arteriarum in cavis dilatatis, lymphatica coagula, quæ vel sacci ipsius, ut diximus, formam, in lamellas sibi superimpositas concreta, assumunt; — vel in variae figuræ, magnitudinis, extensionis, densitatis, polypus nunc libere his in antris fluctuantes, nunc internæ istorum superficie adhærentes convertuntur succrescent. Hi polypi, tam stimulo, quem loco arteriæ dilatato, sensu necdum omni per pseudo membranas, spoliato, inferunt, sacci, ac reliquæ arteriæ; quin cordis ipsius aliquando, vibrationes fortiores excitant, quam sua, qua truncum arteriæ coarctant, mole, quod sola jam vasis dilatatio partim efficit, crux per reliquam arteriam motum infringunt, pulsationem arteriæ a sacco exeuntis imminuunt, debilitatem, atrophiam in membro affecto suscitant; aut proflus intercepto sanguinis per arteriam fluxu, nisi alia hunc parti vasæ suppeditent, pulsationem vasorum; calorem, ac sensum omnem in ista extinguunt, lethalemque gangrænam inducunt. Hos interim effectus ab imprudente tumoris per manum inexpertam vexatione, decubitu in illum, ac polypi fluctuantis, ex sacco aneurysmatis, in contiguam arteriam recessu, provocari, ac ipsam adeo mortem subiude induci, exempla funesta monstrarunt. Docuit quoque observatio, aneurysma aortæ præmagnum, quod sternum inter costasque sat diu comparuerat, vitæ ultimo sub mense, sese visui tactuive, — scilicet mutata, a sacci pondere, tumoris positione, subtraxisse. Facile quoque est, aneurysmata, diffoluto sensim coagulato ac inter polypi lamellas hærente, vel alio sanguine, præcipue si vera inflammatio in vicinia aneurysmatis orta est, abscessum similitudinem assumere, & chyrurgos impetus cautos, locique, arteriis conspicuis iustructi,

& eausarum prægressarum immemores, ut tumorem adperiant, cum lethali effectu, inducere.

D i a g n o s i s. Ex his quam gravis, quamque simul obscurus sit morbus aneurysma, satis elucet.

E x t e r n u m quidem cognoscitur, si causis hujus mali, quas diximus, prægressis, tumor, loco, quo conspicua arteria decurrit, ex fundo arctiore in saccum assurgit, & pulsationem, cum illa cordis conspirantem, manifestat; si hic tumor, a cutis consueto colore, saltem a principio, non ablundens, sub levi pressione, vel ipsa arteria tumorem adeunte sat fortiter compressa, evanescere, vel minui, — cessante vero pressione, cum fibilo, vel strepitu aliquo interdum, redire solebat, aut adhucdum solet; si arteriæ a tumore decurrentis pulsatio exilis & simul inæqualis est; membrum vero, hac sola forte arteria instrutum, pallescit, frigescit, œdematofsum laxumque reddi observatur. Sed facile sub adulto jam aneurysmate, ubi densæ, & polyposa materia infarctæ sunt vasis affecti membranæ; ubi facci aneurysmatici fibræ jam omnem, quo, stimulo respondeant, irritabilitatem amiserunt; ac tandem ubi cordis jam major subintrat debilitas, pulsatio, ac digito cedens mollities tumoris disparent. Subinde *ex sacco* aneurysmatis enormiter extenso, ac simul tenuiore, sanguis ccontentus pellucet, &, ut nos ipsos conspexisse jam monuimus, exsudat; aut vascula cutis distracta, inflammationem, suppurationem, vel adeo gangrænam, concipiunt, ac præcipua sic aneurysmatis signa, nisi prima in morbi principia attentis, aufugiunt.

Sed major sub *interni* aneurysmatis suspicione, diagnosis difficultas nos premit. „*Præcordiorum* quidem aneurysmata, ut verbis *Lancisi* gravissimi hac de materia scriptoris, quæ supra docuimus, confirmemus, plerumque ab universalí quadam, & quasi spasmatica, arteriarum adfectione, quæ postremo in corde, aut summis in vasis determinatur, incipiunt. Hoc fit, ut ægroti utplurimum de vaga, atque

atque hoc illuc per collum, & artus errante arteriarum palpitatione conquerantur. Mox intra pectus malum consistit, sæpet ussis urget, cor salit, & gravius pulsat; mox sepultus, ac brevi fugitivus corripit dolor; qui postea pertinacius hæret, & modo ad alteram scapulam, claviculamque, modo per brachium, quandoque usque ad cubitum propagatur. Tandem profunda persentitur pulsatio, elevantur alicubi costæ, aut sternum, cæteraque succrescunt gravia & prolsus miseranda atrocis hujus mali phœnomena, subita ut plurimum morte terminando."— Pulsus etiam, internis sub aneurysmatibus, ut plurimum, ob sanguinis iter a corde in arterias, per polypos, aliaque obstacula, impeditum, contractus, renitens, convulsivus, & intermittens, præcipue vicinore in brachio, sentitur. Sub decubitu in partem vel illam, imprimis supino, a corporis exercitio, vel a febre, plerumque hæc symptomata increscunt, ac frequens functionum sensiorii communis suspensio, interdum convulsio, paralysis succedunt. Interim complures sunt morbi, ab aneurysmate non parum diversi, sub quibus non minus hæc signa occurunt; vel ista sub ipso aneurysmate, sat diu distingui non queunt. Fortissima cordis, aortæ descendenteris, vel ramorum istius principialium pulsatio haud raro in morbis spasmoidicis, flatulentis, apud hypochondriacos, hystericas, — sub aliquo tumore, aut scirrho pancreatis, mesenterii, vel alio, hæc vasa comprimente sentitur: quin igitur sectio pathologica præcipitem medicorum de latente aneurysmate sententiam confirmet. Interdum steatoma, abscessus sub sterno delitescens, hoc ipsum elevare, exedere observatur. Sub ipso aneurysmate interno, arteriarum cæterarum pulsatio sæpiissime, ac per omne vasorum istorum systema est vehemens; aut sub magno jam malo, licet debilis, naturali tamen ordine absolutur. Vel sola cordis moles ad triplum audita, cum pericardii adhæsione, in pueri, ventriculi & pectoris oppressionem, cibi solidi sub eſu crescentem,

tem, somnum perturbatum, dispnoeam, tussim siccum, sinistri thoracis dilatationem, costarum elevationem, palpitationem in cordis regione vehementem, anxietatem, suspiria, decubitus in dorso latereque dextro difficultatem, cum pulsu debili, sed nec celere, nec inaequali, tandem vero inordinato minimoque, ultimo hydropem, ipsamque mortem, sine ullo aneurysmatis vestigio, induxit.

Non ellenit, cur de causis aneurysmatum, post illas, quas hucusque tradidimus, plura moveremus; interim juvabit hoc obscuro de morbo nec ea hic reticuisse, quae ex fola ratione ac symptomatum ex indole deducta, experientiae ipsius adhuc fulcro indigere videbuntur.

Ac primo quidem, quod partim *Richterus* jam monuit, aneurysmata interna, spontanea, quae, aut simul, aut unum post alterum, pluribus in locis, sine causa manifesta, comparent, plerumque systematis arteriosi tetius, — vel malo ad certam modo partem extenso, saltet non raro, primae, seu congenitae structurae a vitio, modo temporis spatio magis magisque evoluto, morbum constituere censemus.

Ad alterum quod spectat, cum omnes, ut credimus, praeter unum, scriptores, causam veri aneurysmatis, in arteriae adflectae laxitate quaesiverint: nos certe, quamvis istam, ipsamque fibra rum muscularium arteriae paralysin, contra summum quondam Viri opinionem, ut caulam interdum subesse, conspicuis exemplis induci, admittamus; plerumque tamen aliam, & contrariam laxitati originem aneurysmata, — tam ea, quae ex causis internis procedunt; quam partem illorum, quae causis externis adscribi oportet, majorem, habere putamus.

Scilicet ab eo, quo primum arterias venasque internam ad faciem tam frequenter, vel sponte inflammari conpleximus, tempore, — & ab eo, quo, alterius industria Viri sauciatas alicubi venas phlogosia conspicuam non raro concipere,

Iup.

suppurari, intelleximus, dubium nobis supereile non potuit, morbos vallorum complures, hucusque nequicquam intellectos, hac sola ex origine, tam acutos quam chronicos, scaturire. Ad hos utique, nisi omnia nos fallant, a neury smata, — non certe omnia, sed plurima saltem, spectare videntur.

Ac revera, si quis illa, quæ complura aneurysmata præcedunt, comitantur, sequuntur, consideret; fateatur is oportet, singula docere, quod phlogosis arteriae, quo loco dilatata est, — vel causa, vel effectus tumoris ea fuerit, — vel maxime conspicuum aneurysmatum multorum phænomenon constituat.

Praecedunt aneurysmatum tumores non paucos, injuriæ externæ, nec non causæ internæ, quæ principium vitale stimulando, arteriæ ut partium aliarum, in flammationes, in floridis maxime ac robustis hominibus, excitare sufficiunt. Sequuntur has causas in multis, dolor, haud raro acutus, diuturnus, ad locum eundem, quo arteria in saccum citius aut lentius dilatatur, rheumaticis non absimilis. Sub interni aneurysmatis generatione, universalis hinc inde arteriarum adfæctio, levis & vagus dolor, ardores, molestiæ sensus, occurunt.

Comitantur aneurysma jam factum, vel oculis conspicuum, vel ad interna latescens, pro sede, extensione diversis, tum dicta symptomata, tum vibratio ingrata vel modo ipsius tumoris, vel universi, apud alios, arteriarum systematis. Hæc constans aneurysmatis pulsatio, vibratio, cum debilitatis in parte solida majoris hypothesi non satis conspirat; ac licet ipsa in chlorosi, cor utique, sub scalarum ascensu, aliisque a causis, vibrationem lat fortè experiatur, non tamen perpetuum temperque æqualem crux motum hæc sicut; cum interim in exiguo aneurysmatis tumore, se quasi cor novum in ipsa arteria collocatum manifestat. In plurimis, qui aliquo jam tempore subsistunt, aneurysmatum fac.

faccis, ut aliis in partibus a phlogosi vexatis contingit, materia; ex lympha coacta conflata, subnalcitur; pseudomembrana ex pluribus lamellis sibi superimpositis composita, parietes vasis internas obducit; alia, informes in massas coacta, ab istis pendet, vel libere cruento in lacu suspensa quieticit. Hucusque a sanguine hoc in lacco collecto, ob concelsam sibi quietem, polyposam hanc materiam ac pseudomembranas generari est creditum; led nimius est adve^{ti} croris per communicantem cum lacco arteriam impetus, — tumoris est nimia, & reciproca in sanguinem ab arteria venum vibratio, quam ut quis coagulo spontaneo necessaria, ac nequidem sufficiens, tam facile supponi hic queat. Sanguinem per annos in folliculo lub mento collectum (*Hæmatoma*) quin coagulum subivisset, alibi delcripsimus; atque tum loci calor, tum continua croris contenti renovatio motusque perpetuus, vix prius, quam sub synope aliqua, sub ultimis vitæ momentis, vel sub maxima facci dilatatione, lympham a crurose separari, ac in massam polyposam coire permittent. Hinc pro phlogosis, vel acutæ, vel chronicæ, vel localis, vel hypersthenicæ, vel asthenicæ, ad internam arteriæ tunicam latentis, effectu, puriformem hanc, in facci confiniis hærentem, & in pseudomembranas tam pronam materiam habemus: qua, copiosis jam condensatisque lamellis, parietibus arteriæ apposita, ac sensu istius, tam iplo hoc tegmine, quam fibrarum extensione infra^{cto}, facci vibratio, modo novo ac fortiore a stimulo redditura, suspen ditur; vel, penitus ablato vitali illarum principio, in totum extinguitur.

Sequuntur aneurysmata, præter enunciata symptomata, — non placida croris ampliora in spatia effusio; led impetuolus continuo ut ad loca inflammata solet, humoris purpurei affluxus, ac perpetuum tumoris puliantis incrementum. Sub isto, non infrequens est cutis aneurysmata impositæ, rubor ac phlogosis; nec de-

defunt ab scissu m, super ipso tumore arteriæ, in tunica adipola natorum, & gangraenæ exempla: quæ certe, cum lenta sit pellis extensio; non ictius, sed inflammationis a vase dilatato in telam cellularem vicinam transeuntis, effectus sunt. Accedit, quod humor ex sacco aneurysmatis exsudans, non minus ac ille, quam, ut frequentem inflammationis effectum, descripsimus, infensam partibus vicinis & ossibus indolem manifestet. Sed & ipsam ad superficiem aortæ internam, lamellis osseis obsecram, ulcerata reperta sunt; ac sœpe hac in sede aneurysmatum, erosionis vestigia; — quæ non ubique osseis arteriæ morbosæ ex spiculis, hanc ipsam suo sub motu lacerantibus, derivanda sunt, — non æquivoca hæserunt.

Cum interim natum arteriarum in sinu incendium pro causa multorum aneurysmatum potiore agnoscimus; non igitur hyperthemicam ubique, sed asthenicam plerumque, alias vero modo localem inflammationis arteriosæ esse indolem supponimus. Sub ista, ut ex phlogosis membranacei canalis cujuscunque historia patet, puriformis copiola est materiae generatio: quæ materia ad superficiem non minus canarium, quam in telam tunicæ cellularem, exprimitur, ac mollem sub initio his in cellulis infarctis pultem, extensionis capacem, — lapsu vero temporis rigidorem, & qui, fortiore crux ab impulsu, facilius rumpatur, saccum arteriæ constituit.

Duplicem hinc aneurysmatum spontaneorum, totius systematis ex vitio venientium, originem admittimus: quarum una, quod jam *Archistar Romanus* notavit, ex causis fibras stimulantibus, & aucto præter modum, unoque vasis in spatio, principii vitalis, cum inducta abhinc phlogosi vigore, — altera ex causis deprimentibus, atque ex stimulo nunc minore, nunc majore, quam par est, seu asthenica arteriæ ex phlogosi, procedat. Quod vero ex causa locali oritur aneurysma, illud, nunc congenito cordis, arteriarum ex vitio

vino natales trahit, nunc vero ex arteriæ stru^tur, a caulis lædentibus variis in modum adfecta, mutata, derivandum est.

Polypli.

De polypis, valorum adseptione, jam plura expoluimus & sicut illi, morbi alterius prægressi effectus esse solent; ita cum semel adoleverint, horrenda lymphemati, etiam si hanc Veteres originem malorum prout ignorante videantur, & ipsi producunt. A figura, quam resert, vermis aquatilis, vel sepiæ octopodiæ L. appellatus est polypus, nequaquam cum excrecentia circumscripta membranæ mucosæ naruum, pharyngis, vaginæ, uteri, &c. cuius, eodem sub nomine, alia est indoles, confundendus.

Definitio. Est autem polypus, lymphæ, in cavis canalium morbose secretæ, adverfum functionibus illorum, coagulum. Sedem hæc concretio sicut primum, vel ipsis in ductibus languineis, vel aliis, quibuscumque in cavis, in quibus morbosæ secretio lymphæ prægressa, nec satis hæc educta est. Interdum polypus ex primo, in quo natus est, loco, in cavum vicinum, cum isto communica, ut ex pelvi renali, per uretheres, in vesicam urinalem, ex sacco aneurysmatis, in liberam arteriam, defertur. Alias, cum tunica cavi interna cohæret, ac firmiter connalcitur; vel crux circumleptus, foveatur. Varia est polypo forma, — crenatio, pro cavo, quod occupat, multiplex. Ex cordis auriculis, non raro vicinum in ventriculum, — ex isto, in arterias contiguas, longissimos interdum per tractus, — tot caudis, quot ramis arteriæ, venæ, recipitur, instrutus, extenditur. Mollis ab initio, & ex tremula gelatina confectus, a canalis, vel a sanguinis affluentis actione, nunc arteriæ, venæ, sinuum cerebri, tracheæ, bronchiorum, intellini ad latera, in pseudomembranas, ex totidem lamellis, separatum in modum concentricis, compositas, dentatur; — nunc tubuli in formam, qui sanguini, aeri, urinæ, transsum
Frank epitome L. V. P. 2. C lat-

largiatur, concrescit, ac interdum, aut vermis sub imagine, ex vesica, aut arteria sub aspectu, ex bronchiis, aut, intestini sub forma, ex ano rejicitur. — Nunc in massas densiores, inæquales, vel cavo, in quo hæret, conformes, tot ex stratis membranaceis, sibi mutuo incumbentibus, ad centrum firmioribus, constantes. efformatur. Color polyporum, pro varia concretionis ætate: ac pro varia secretionis morboꝝ ratione, nunc ex albo flavescentes, nunc albus, ac distinctis in punctis splendescens, nunc, crux portione adhuc aliqua, lymphæ coadæ permixta, vel inclita, rubescens, vel languinis quasi filis, lamellas inter decurrentibus, distinctus est. Constituentia polypi, tam pro lymphæ in coagula nisu minore, majore, quam pro temporis ratione, & pro valorum, a quibus illa solidiorem in massam compingitur, diversa occurrit. Vasa quidem languinea, arteriarum venarumque, in polypis hucusque non vidimus; sed talia a nobis in pleudomembranis, recentibus licet, conspeda ac plures ante annos, Ticini, expertas per manus cum hydrargiro injeta, & muleo pathologico commissa; faciunt, ut illorum in polypis canalium superficie adhaerentibus generationem, ut facilem, concedamus.

Causæ. Non tam facilis est, ac pridem credebatur, coaguli in lympha morboꝝ explicatio. Polypos ex languine, sub ejus motu vel plurimum imminuto, intercepto, vel proflus cessante; — sub coloris naturalis conspicuo defectu, — sub aeris attactu, nauci, est dictum. Clarorum interim virorum instituta hac super re experimenta, hanc non penitus fundatam esse opinionem docuerunt. Qui aqua submersi, vel alia ratione in aiphysiam inciderunt, his immotus quidem diu hæsit, sed non coactus fuit languis. Vena jugulari, utroque sine ligata, canis vivi e jugulo relecta; & glaciei post hinc commissa, e gelo quidem contentus crux coivit; sed calore eidem restituto, pristinam hic illico fluiditatem acquisivit. Facilius sub antlia pneu-

pneumatica, quam sub aeris attatu, crux coivis-
le est visus. Etsi vero haec ita se habeant; virium
tamen vitalium, quæ massam humorum coire im-
pediunt, ipsas ad leges, pars lymphatica istius par-
tum solidelicit, & quæ ex solidis detrita, consumpta,
laesa fuerunt, resarcit. Quemadmodum vero
morbi sunt, sub quibus corporis nutritio, ac soli-
dæ ad politio materiæ fere omnis arcet (tabes,
atrophia, marasmus); ita sub aliis, haec ipsa in
parte una, præ aliis, abundant, & omnis fere lym-
pha in illam deponi, &, quin forma, lumina va-
lorum, aut fundio ejusdem tollantur, coire obser-
vatur (Phylconia, moles auda). Alii sunt morbi,
a quibus lymphæ coagulum, ut a morte subitanea,
fulminis ab ictu, a ventriculi contusione violenta,
sub priapismo, &c. impediatur. Sunt alii, in qui-
bus, ut in gangrena, sanguis illico in vasis ad-
fectis condensatus reperiatur. Atqui cum sanguinis
fluiditas, a virium vitalium imperio, cuius effectus
est motus humorum, pendere videatur; tam pa-
rum tamen, hoc ipso vix non in totum sufficiatio-
nem, illa ubique mox perit: ut nou modo in asphy-
xia diurna, in animalibus a gelu duras quasi in
mallas coactis, ut diximus, — sed ipsam adeo in-
terdum post mortem, subtilissime, conspecta sit. Nec
minus habentur morbi, sub quibus, vel ante, vel
proximius post mortem, crux contingat coagu-
lum; ut igitur nec vires vitales quidem ab isto
temper quemvis defendant; nec illarum defectus,
sanguinem coire ubique mox jubeat. Partium,
quæ sanguinem constituant, globulorum rubrorum,
seti, & lymphæ ab invicem separatio, istius qui-
dem coagulum promovere est dicta; sed ipsa haec
separatio, effectus, non caula, dicenda est; nec
in parte viva, tanta sanguinis in partes suas di-
visio, quanta quidem ad polyporum generationem
requiritur, Iquin alia subintrent, expeditanda est.
Nobis interim videtur, lymphæ partes, quæ solida
resarciant, præter iuam a cruce & a lero lepa-
rationem, & in loculis, quibus suscepiae fuerunt,

condensationem, vix aliquid requirere. Aliud vero de morbo lymphæ coagulo ac polyporum de genesi dicendum esse, credimus: ut quæ, nūlì perversam lymphæ, qualis sub partium inflammatio-nibus contingit, secretionem pro origine agnoscat, hanc ipsam nos protinus ignorare ingenue fatemur. Non tam chemica principiorum diversorum, oxygenis, alcoholis, acidi mineralis, veneni, contagii, — quam stimulante istorum in solida actione, polypos ex lympha, his satis custodita, produci, verisimile, nobis videtur. Hinc, si frequens animi deliquium, asphyxia, terror pavore que summus, frigus febrile extreum ac multas in horas, ut algida, perniciosa in febre, protrac-tum, aneurysma, varix, valida arteriæ compres-sio, constrictio diuturna, pulmonum infarctus, aut sanguinis per eosdem decursus impeditus, aer fri-gidus ad uterum cruentum a partu, aut vulneri admissus, lymphaticas concretiones ac polypos pro-duxisse sunt dicta; haec magis de causis, quæ illa ipsa primum induxerunt, dicenda esse videntur.

Qui polypos vivente in homine nunquam, sed modo post mortem, generari dixerunt, hi, quamvis de plurimis, in corde ac arteriis concre-tionibus ab obitu repertis asseri hoc queat, ultro quam par est, negando processerunt. Evidens polyporum in homine vivente existentium, ex iis, quos saccus aneurismatis, jam pulsare cessantis, tam saepe, vel ipsum ad tactum, circumdat, quo-rumque in cavum arteriæ tam plena est periculi rever-sio, argumentum desumitur. Alterum quod has lites componat, ex ipsa aneurismatis polyporum præ-gnantis excisione chyrurgica habetur. Nec minus li-gata duobus in locis animalis arteria, lympha san-guinis eidem inclusi, brevi mora in polypum concrevit; ac eadem in cruris humani arteria, am-putatione peracta, per fascias munita, non multos post dies contigisse sunt vishi. Post midum cruen-tum, post hæmoptysiu, non raro ex sanguine in-velica urinali, in bronchiis collecto, concretio po-ly-

lyposa formatur, & magno sub labore interdum expellitur. Nec facile, cum alia prægressorum symptomatum in morbi historia, aut in cadavere ratio non habest, ac durior, exsuffca, fereque tendinea concretio, artissime cum cordis aut arteriæ superficie interna connexa in conspectum se prodit, de morbi origine hoc ipso ex polypo, dubitare prudenter quis potest.

Quamvis vero hæc ita constituta sit; non tamen ideo polypi interni tam certa sunt symptoma, ut illius ex ipsis præsentiam afferenti, non magna in judicio errandi præbeatur occasio. Præcipua, quæ auctores signa polyporum in præcordiis hærentium commemorant, sunt: istorum angustia, dilpnæa, minori corporis sub motu adaudita, cordis tremor, palpitatio, spasmodicus ad sternum, vel fixus in cordis regione dolor, pulsatio carotidum, subclaviarum vehementior, torpor brachii ex latere adfecto, pulsus in eodem obscuritas, motus arteriarum nunc parvus, tardus, nunc vibratus, sed maxime inæqualis, ac sæpe intermittens, quasi aquæ corde cadentis, iplius ægroti ab auribus percepta sensatio, lipothymia aut syncope frequens, & pedum œdema. Sub polypo in dextris cordis caveis, quod frequentius a morte observatur, hærente, pulsus arteriarum vibrantes esse, aut minus exiguos, ac interdum frequentes, — jugularium venarum distensionem, fluctuationem, faciei ruborem, livorem, sopores, apoplexias occurrere, — concretio in corde liniltro defixa, pulmonum a cruento infardorum signa, dispnœam, tussim, hæmoptysin subinde, pulsus obscures & exiles, inæquales, & intermittentes adesse, est dictum. Sed quantum hæc singula ab ipsa refutantur experientia! ut quæ toties in illis, qui polypi nequidem vestigia in cadavere offerebant dum viverent, accusata fuerunt; aut, polypo, haud exiguo satisque duro, in uno, aut utroque corporis in cavo post mortem flagnante, nec uno quidem excepto, defuerunt. Certe, quæ ipsa apeurysmata, quæ hydrothoracem,

pericardii hydropem, aut arctam cum corde co-hæstonem comitantur, symptomata, ea cum diuis polyporum indicis quoad plurima convenient; ac si multa ex illis adesse; — potissima ex ipsis desicerent videantur; suspicari quidem polypum va-forum aut cordis, — sed minime ut certe præsen-tem afflere, licebit.

Clarior longe, & certe frequentior est poly-porum multorum, qui aliis, quam vaforum in cavis, ex iisdem principiis, nascuntur, p roventus. Post haemoptysin non raro, ex lympha in bronchiis concreta, polypi, istorum figuram, — vel cavi si fuerint; sanguine, in medio iplorum non ita pridein hærente, liberati, arteriarum, ut nos quoque conspeximus, quasi formam ramosam ac lumina assumentes, succrescunt: qui polypi, tuffes feroce aridasque, dispnœam diuturnam, spasmadicam inducunt: donec felici subinde eventu per tracheam, — ut in cynanche larynge a membranas polyposas ægroti rejiciunt, expelluntur. Post haematiam, similia in renibus, urethere, vesica interdum succedunt, ac longi, diverlique coloris, consistentiae variæ polypi, — interdum cavi, tubulosi, ac fistulam urinæ perviam, — aut vermes referentes, ex vesica urethraque excreti, extacti fuerunt. Similia post vomitum cruentum, tum in ipso ventriculo, ac intestinorum in cavo, — similia in utero puerarum, post prægressa hoc e vilcere profluvia cruenta, contingunt, magnamque malorum, ad singulas has partes, seriem inducunt.

Non aliae in venis, quam in ipsis arteriis, di-versis licet symptomatis stipatae, ægritudines se produnt; & quamvis obscurior in illis, quam in ipsis, nervorum sit historia; — quamvis nullam venæ, sub experimentis, sensibilitatem, irritabilitatem ostendisse referantur; manifeste tamen in vir-gine, cui singulis mensibus laphena internum ad malleolum insigñiter, uterinæ evacuationis in locum, tumebat, — in viris, quibus venæ spermaticæ præter modum turgebant (cirfokela has va-rices,

rices, nomine inepto, vocarunt) hæc vasa doluisse, — vix referendo ad loca vicina molestiaæ sensu, compertum habemus; ac frequens venarum inflamatio, tum spontanea, tum maxime per externas læsiones inducta, de proprio his vasis sensu sat aper-te testantur. Hinc similes in venis, a phlogosi per internam superficiem diffusa, effectus, pruritum, ardorem, dolores, tumores oblongos, funisque tensi, aut variis nodis intersecti, figuram assumentes, abscessus, concretiones, duritatem tunicarum admitti oportet: quæ singula, Recentiorum observata, & lectio pathologica confirmant.

Varices.

Sed ex eo, quod minor venis, quam arteriis, membranarum sit crassities, ac majorem sui lumenis ad parietes rationem venæ agnoscant, — quod magis cordis imperio substrætæ sint, ac definim quod majora sanguini redeunt, a pondere cruoris proprio non minus, quam a nixu muscularum diuturno, vel a nimia istorum quiete ac inertia, vel ab ipsis, respirationis impedimentis, & causis morbosis diversis, obstacula ponantur, frequentius venæ, quam arteriæ, prætar modum dilatantur, & vel uno, vel pluribus in locis, in tumores sensim crescentes, circumscriptos, inæquales, ab initio molles, compressioni cedentes, mox ab ista, sine propria pullatione, resurgentes, doloris plerumque expertes, ad partes externas, a sanguine pellucente, ex rubro cœruleos, subnigros, elevantur: varices dixerunt.

Sedes. Venarum inter valvulas hi tumores præcipue occurunt; sed & illis in venis, quibus valvulae negantur, systematis venæ portarum, uterinis, pulmonalibus, cerebri interioribus, ac minorum adeo venularum, nullis certe valvulis præditarum, in retibus varices, nunc solitariae, nunc vero gregales, nodosæ, oblongæ, haud raro comparent. Crurum pedumque frequentius venæ præter modum & maxime conspicuos in nodos turgescant, præcipue in gravidis, aut partum ex-

expertis mulieribus, in bajulis, equitibus. Genitalia fœminarum non minus, quam venæ virorum spermaticæ, utriusque sexus venæ redi intellunt ad finem collocatæ ac tunicæ oculi albugineæ, labiorum oris ac palati; ut vidimus, rauuli venosū, haud raro tumoris hanc speciem patiuntur. Quamvis interim omnis huic morbo vena subjæcta sit; ex internis tamen partibus, præter dictas, frequenter varices ostendunt corticalis substantiæ cerebri, cerebelli anfractus, plexus choroidei, pharynx, œsophagus, ventriculus, intestina, vesica urinatis, urethra, ipso cum utero vagina, cordis adeo superficies externa, pulmonum substantia.

Varii sunt varicum, pro venæ dignitate, magnitudine, sede, divisione, — pro ipsius tumoris venosi ætate, amplitudine, extensione, — pro causæ hunc morbum inducentis differentia, effectus, — externis in partibus manifesti, ad internas obscuri, ac non raro funestii. Plerumque secundarium, symptomaticum varices morbum, cuius causa sæpe longe ab illis distat, aut aliis, vicinis in partibus hæret, constituunt; sed ipsius sæpe venæ locali ex viro, interdum, ut nobis videtur, tamen systematis, ut supra de arteriis aneurysmate multiplici, spontaneo correptis monuimus, ex effectu, varices descendunt. Sub trunci venosi majoris varice conspicua, singuli, aut præcipui ac vicini mox rami sanguinem difficiliter exonerant, ac ipsi, multarum quasi rete varicum efformant, facileque œdema partis, unde venæ ascendunt, producunt. Ad canales excernentes, angulos, ad ostium vesicæ, ad urethram, extensæ in varices venæ, liquidorum effluxum ex parte, vel in totum, periodica interdum actione, intercipiunt. Ad fauces, œsophagum, ciborum ingressum, — ad anum, fæcalis excretionem materiæ, difficiles reddit, aut penitus suspendunt. Ob vaginæ varices, concubitem cum viro mulieri molestem, & facile cruentum, sat sæpe observavimus. Viscerum carorum ad superficiem expansæ varices, non mo-

do naturalem istius lœvitatem tollunt; sed membranæ villosæ, mucosæ tensionem, sensibilitatem adaugent, & chronicæ quali phlogosis statum, majore lub intardu, in eadem inducunt. Hinc ad bronchia, tracheam, dilatam ac tullim, — ad vesicam urinalem, retinendi, mittendi lotii difficultatem, — chronicum, in stomacho hærentes, vomitum, — ad anum, continuum pruritum, tenesmum prægenerant. Vicinas, extensæ nimis venæ, partes n. olliores dilatabant & comprimunt, ac varias sic cerebri, cerebelli, medullæ spinalis, ac nervorum, qui ab istis egrediuntur, turbas, dolores, vertigines, soporem, paralyses inducunt. Arteriæ vicinae adposita varix, in motus illi naturales hæc abripitur; vel illa forte lœsa, exela, ac sociam in venam adperta, a crurore, aliquando cum strepitu, irruente. arteriæ in modum attolluntur, & pulsat (aneuryisma varicolum). Ubi tela cellulosa varicem laxior circumdat; extenduntur facilius venæ saccus: donec major distensio, aut fluidi indeoles stagnantis, dolorem ac phlogosin hic excitat. Sub istis, humor puriformis ex venæ superficie secretus, & in cellulas vicinas effusus, vel pseudoabcessus in ictis efformat; vel easdem arcte cum venæ dilatatae membranis connectit, crassiores, densiores has reddit, aut cum cute, fortitan vicina, strictissime coilitat. Cutis ipsa, jam duduim a tumore extensa, durior, callola hoc in loco, & a flatu sanitatis aliena, phlogosis fit particeps; quæ, si forsitan verus ad venam abcessus nascatur, erola, dirupta, difficilis curæ in ulcus convertitur. Interdum varix, aut nimis extensa, aut, illata violentia, rumpitur, & sanguis lub cute in cellulas vicinas effuius, ecchymoses constituit; aut ipsa pellis, forte tenuior, simul adperitur, nigrumque cruentum, — nunc, sub aliquo symptomatum levamine, nunc, saltem sine damno, nunc vero cum summo ægrotantis, a sanguinis jactura, discrimine, eruttat. Si ad partes hæc internas, & ad viscera contingant; pro sanguinis effusi-

co-

copia, & loci ab eodem inundati natura, pericula augentur, ac rupti aneurysmatis interni effectus, tardiores plerumque, sequuntur. Sed interdum sanguis varicis in antro stagnans, phlogosis occultæ ad internam venæ varicosæ superficiem actione, densiorem ac fere polyposam in massam convertitur. Mutatur tunc, & oblongain, vix digito cedentem figuram assumit varix: unde major in partes subjectas compressio, cutis superimpositæ tensio, squallor, durities, a frequente, quo invaditur, erysipelate adaudita. Sub fortiore his in partibus phlogosi, quam saepe stagnantis in varice corruptio materiae inducit, ulcus iterum, profundum, ossibus vicinis non raro funestum, rebelle, ac facile gangrenosum, subsequitur.

Quamvis vero hæc toties externas ad varices contigisse sint visa; vix tamen, ut diximus, internæ varicis indicia sat certa noscuntur. Interim non semper vanam istius suspicionem nutriemus, ubi partem externam, cum internis continuam, venulis varicosis obtectam, ac symptomata visceris ægroti, quæ facile huic causæ tribuantur, conspicimus. Frequenter in senibus, copiosis oculi albugineam varicibus obsecram, ac morbi soporosi, a poplexiæ imminentis vestigia simul observavimus: ubi facile ad eandem venarum cerebri, quam oculorum ea apparuit, conditionem conclusimus. Sub dysphagia, cardialgia, vomitu chronicò, interdum cruento, imprimis periodicis, quorum aliam, quæ magis satisfaciat, rationem non detegimus; ubi venulæ pharyngis quamplurimum varicosæ cernuntur, — si eundem venarum œlophagi, ventriculi statum esse suspicamur, non semper a vero aberrabimus. In colicis doloribus, tensione abdominis, si recti venas intestini turgere videamus, aliarum sub causarum defectu, non sine fundamento ad abdominis infarcitum localem venosumque concludemus. Sub tumente ex venis hemorrhoidalibus recto, si urinæ vel retinendæ, vel mittendæ difficultas periodice recurrat; sat aquo judi-

judicio in venarum, quæ vesicam, aut istius cervicem excoitant, habitu varicoso, aut saltem infarto sanguineo, morbi caulam collocabimus.

Causæ Varicum. Hæc singula majorem certitudinis gradum, si ad causas, quæ varices inducunt, & quas forsitan prægressas esse constat, respicimus, acquirent. Quæ sanguinis per venas ad cor redditum sit diu aut repetito in parte vel difficilem reddunt, aut quodammodo impediunt, varicum ut caula potissima haberi merentur. Nativæ forsitan venarum, vel omnium, vel partis alicujus, debilitas, major corporis in longum extensio, proceritas, hæc ad vitia disponunt. Innumera sunt, quæ sanguinis iter per venas retardare, & sicut fascia brachio circumducta, hujus venas stringendo, ita redditum cruris ex parte quacunque intercipere queunt. Moles uteri gravi di noto hic exemplo est: quæ toties in fœminis, vel uno, vel utroque in crure, varices inducit. A partu ab soluto, hæc varices disparent; sed frequentior, brevi spatio annorum, graviditas, has denuo venas in tumorem attollit, ac inducta demum locali vasorum debilitate, varices perpetuas relinquit. Eundem ad modum tumor quivis in venas vicinas, aut sibi subiectas, agit. Hinc vicinæ exostosi, tuberculis pulmonum, glandulis infartis, scirrhis, cysticis aliisque tumoribus vasa venosa sanguine turgent, & varicum quasi plexus efformant. Hinc viscera obstruta, fæces duriores in crassis intestinis collectæ, toties prægrandes ad anum varices inducunt. Pulmonum infactus, vel alia respirationis obstracula frequens in corde dextro & auricula, aneurysma, ut diximus, generarunt; sed omne venarum systema eadem a causa adficitur: hinc venæ jugulares, faciei ac cerebri sub longo acutaque cantu, sub flatu tubarum, sub longa oratione, turgent, nec raro violentiam, nervorum origini funestam, patiuntur. Diurna ac spasmatica musculorum, quos inter venæ decurrunt, contratio, nixus repetitus, diurnus, ponderum graviorum gesta-

gestatio, huc spectant. Nimia ventriculi, intestinorum, per cibos ingestos, aut per flatus, extensio, venarum in illis tenorem infrangit, sanguinisque per easdem æquali decursui obest; sed major est ipsorum, dolorum, in reditu cruris perturbando, potentia. Sub frigore febrili, diurno, sub terrore insigni, vasa cutis constrictæ collabuntur, & sanguis majores modo ramos vasorum internos transcurrentes, enormes in præcordiis angustias inducit. Similes fere, thoraces, falciae, & vestes arctiores in corpus effectus exercent, atque plures ante annos prægrandem ex caligis angustis in crure juvenis robusti varicem conspeximus. Intestina, hennæ in sacco haerentia, abdominalem ad annulum longo tempore, quin major strangulatio sequatur, compella, varicosas sœpe venas ostendunt. Quæ venas necessario motus musculorum moderati privant sublidio, vita deses, otiosa, quæ cordis, arteriarum actionem in sistema venosum sat longam per moram imminuant, ac valide infringunt, quæ venas partis debilitant, contusio, concussio, vel denum quæ sanguinem in illam magis invitant, pediluvia, clysterum calidorum, carbonum accensorum, quos hieme cruribus subdunt fœminæ, abulus, huc pertinent; nec minus est cruris refluxus ex diurna corporis incurvatione, obstaculum. Erecta corporis, in pedibus, vel ad equum positio longa multumque in tempus continuata, varices haud paucis ad illos inducit, aut præientes volume auget. Qui ob ossis fracturam, luxationem articuli, ob podagræ dolores, diu crure extenso lupini jacuerunt: illis, quamprimum pedibus infiltrare, incedere conantur, hi ipsi non modo tument, sed livent quandoque ac summopere dolent: eo quod venæ cruris, ob longam hujus inertiam, elasticitate sua privatæ ac debiliores, in varias exlurgant, &, nisi fascia munitæ, musculorum motum vix non omnem intercipiant.

Prognosis, quæ morbos vasorum conspicuos, inflammationem, aneurysmata, polypos, palpi-

palpitationem, varices, concernunt, argumenta
jam satis ex dictis eluent.

Aneurysma internum, ubi signis sat certis
se prodit, vix unquam perfectam medelam admit-
tit; & quæ istam admisisse referuntur: ea, mag-
num, alterius naturæ morbum iubuisse, suspicio-
nem relinquunt aneurysmata. Qui ex ipsis dece-
dunt: hi, vel ex sanguinis profusione, nunc subi-
to, nunc aliquot spatio horatum, vel ex partis ad-
flectæ, compressæ, suoque sanguine privatæ, gan-
græna, vel dolorum effectu, vel ex cordis, in
cruore recipiendo, expellendo, movendo, impo-
tentia, suffocati, hydropici, aut fortè sub hæmop-
tyli moriuntur. Juniores ac robustos magis homi-
nes, citius, quam ætate proventos debilesque, —
celerius viros, quam foeminas, ex aneurysmate
perire, docet observatio. Aneurysma varico-
sum sine magno periculo perfertur. Exterua
aneurysmata, nisi caulas internas agnoscant, a
manu chirurgica, si accessus huic detur, non raro
auxilium admittunt, modo vala, quæ partem,
exteda arteria, nutriant, non desint.

Polyporum, sicut incerta est diagnosis, ac
plurima cum aneurysmate complicatio: ita pro-
gnosis quam maxime est dubia. Quod si polypi,
cordis aut magnorum vasorum in cavis revera
existant: quo magis adolescant; eo erte duriores
redduntur, nec nota sunt, quibus similes concre-
tiones solvantur, remedia. Majora sunt ex polypi
recessu ex loco, quo sanguinis fluxum haud prorsus
impedit, in alterum, pericula, ac mortem subita-
nam induisse nile vitus est.

Palpitationis, nisi cordis aut vasorum ex
vitio organico, vel ex polypis venientis, haud
tanta esse potest dilicrimina; quæ interim cum tussi,
dilatatione, lycope, faciei pallore incedit, ea certe
non exiguum attentionem meretur, ac pro cauæ,
ex qua pendet, differentia, prognosia divertam
agnoscit. Interdum ab arthritide, ab imperagine
ad cutem comparente, a fluxu hæmorrhoidum,
vel-

vel alio, restituto, — a vermis excretis, cordis palpitatione disperditur. Sunt, quibus lengam per vitam palpitatione, sine damno ictius, molesta fuit; qui tamen juvenes hoc malum jam experti sunt, hos fere omnes præpostere & ante lenestutem periisse, docuit observatio.

Varicum exteriarum, moleque parvarum, simplicium, & a causis localibus venientium, haud magna est significatio; interim neglectæ, ad insignem non raro magnitudinem ascendunt, profluviis cruentis, interdum lethalibus, ac ulceribus malignis, internis, ut alibi docuimus, ansam dedisse compertum est. Internæ varices, si modo sat certa est diagnosis, pro loci, quem occupant, pro causæ, unde descendunt, ac pro suæ extensio-
nis ratione, periculi plerumque sunt plenæ, similemque aneurysmati exitum minantur. Cœterum varices, morbi, cuius ipsæ symptoma esse solent, prognosin sequuntur,

Cura. Cordis vasorumque vitiis, ut vocant, organicis, internis, perfide mederi, supra humanam plerumque est positum potentiam; ac omnis in eo, ut symptomata moderentur, & funesti, quam diu possunt, effectus arceantur, versatur scientia.

Feliciar haud raro in externis his malis tollendis chyrurgia est: cuius interim ab aliis vobis exponenda, tentamina, systematis universi dispositio, adfectio morboſa, frequenter eludit.

Quamvis vero ſpes modo exigua successus in curando aneurysmate supersit; non igitur ea mox omnis deponenda, sed eo major in causis morbi tam rebellis indagandis solertia adhibenda est. Si forsitan syphilis, scorbutus, scrophulæ, vel alia solidis infensa ratio aneurysma præcesserit: ad hanc primum omnis convertenda est attentio. Cum vero frequentius aneurysmatum caula in arteriæ locali inflammatione sit posita; major in hanc ipsam, quamprimum violentia externa, vel cauſa interna, huic similis, præcesserit, superandam, dirigenda est cura. Sub communi aneurysmatum theoria, licet

licet omnem hæc culpam illorum in arteriæ dilatatae debilitatem conjiceret, oportuit nihilominus fateri, videtur tenuem, quietem corporis & animi, venælectiones repetitas, medicamenta, ut vocant, antiphlogistica, potiorem in hoc morbo, licet, jamjam proveðto, felicius tractando partem constituere: nec desunt exempla arteriæ, sub venælectione simul inciliæ, ac largo languinis, vel ad syncopen usque, profluvio ex eadem concessa, solius splenioli impositi, aut fasciæ, qua artus omnis involvitur, ope, quin aneurysma succederet, feliciter sanatae. Interim ut hanc ipsam, cum pri-
stina hypothesi experientiam conciliarent, princi-
pales in sanguine aneurysmate indicationes, in eo,
ut sanguis fluidorum in vasa imminuerent, & ut va-
sorum renis in eadem hæc fluida augerent, a
Viris conspicuis sunt posita, Hos vero non parum
inter se ipsos pugnare fines curationis, cuilibet
sponte adparebit; ac, de interno aneurysmate
loquendo, qua methodo attingi hi queant, igno-
ramus. In externo hoc vitio, a causis violentis
induto, in homine robusto ac laute nutrito, venæ-
fæctio ac methodus debilitans, — fracto vero jam
stimulo locali, aliqua arteriæ compressio adhiberi
cum eventu sat bono possunt; vidimusque nos ipsi,
verum arteriæ brachialis aneurysma, post
infaustam venælectionem exortum, ad anserini fere
ovi magnitudinem proveðtum, per argillam, cum
aceto tinctio commixtam, ac tumori molliter,
donec siccior argilla fieret, iterum iterumque ad-
plicitam, trium fere mensuram curriculo, ad nucis
juglandis volumen fulle iniminetum; & cum fœ-
mina impatiens, hoc, tam æquali ac lenta com-
pressione agens auxilium deponeret, tumoremque,
in lano certe empytri confilio, cum oleo inunge-
ret, ad insiguum mox molem increvisse. Sed sicut
in interno aneurysmati auxiliu hoc genus, vel alia
compressio, vel corroborans medicina applicari,
quoniam ab ista, nulus fluidorum in vasa, aut istorum
in illa, augeatur, nequit: ita simul & motus san-
guinis

guinis infringi, ac tempore eodem dilatatae arteriae contractio obtineri non potest. Comprehensionem arteriae majoris, internæ, in tumorem, & exterius, ad jugulum, inter costas, prominaret, elevate, complures, — sed effectu vix non semper iniquo, tentarunt; ac omne, hac flebili sub rerum positione, subsidium, in illis, quæ vim cordis in saccum arteriæ imminuant, in venarum repetita hinc infestatione, in viâ parum nutritate, in opportuna corporis quieti positione, in recto excretionum moderatione, aut in blandis, quæ alvum exonerent, remediis, est positum. Nec ipsum in extremitatis oedema, aneurysmatis non raro comes, quo vena, urgente in calu, tundatur, ubique impedit; ac læpe restituto cruris liberiore circulo, tumor ille dilpergitur. Interim vis vitæ jam plurimum deprecta, ac instantis ex hoc ipso hydropis periculum, limites & huic, precario certe in tantis jam angustiis, auxilio ponet; nec celandum est, quosdam, aneurysmate vetusto correptos, sub ipsa cruris missione, — vel quod tumor, ob aucto tunc cordis motu, diffidiret, vel nimis jam exhaustos, periisse. Accedentes hinc inde calamitates majores, instituta pedum cum pannis asperis frictio, aut extremitatum in tepidam immersio, aliquando sublevabit. Nec opium, licet sanguinis motum augendo, sub aneurysmatis principio noceat, sub extremitate, ac toties ab animi pathemate deprimente adiunctis his turbis, optatum hinc inde effectum negabit. Quæ alia laudantur ad ipsum, ut esse volunt, sanguinem solvendum, vel ad tenuem nimis, quod iterum in aliis gratuito supponunt insipillandum, remedia, ea certe singula, ut ratione non minus, quam felici effectu delitata, rejicimus. Alterantia, ut vocant, medicamina, nisi notabilitatum, quæ fluidis inhærente creduntur, vera indoles, meliore vix jure, quam ea, quæ diximus, ægrotis offeruntur. Ad tringentia, — vel sanguinem, ut talia, intrare, sine validis argumentis supponantur, — vel nervorum confluxu ex abdomine in

in partes distantes agere dicantur, — vel partes quascunque stimulando suos edere affectus credantur, concessa etiam locali ad saccum aneurysmatis debilitate, talia tamen, quae in hunc praecise locum, non in omne arteriarum systema cum damno operentur, nos quidem ignorare fatemur.

Sub tanta poly porum ambiguitate, quæ salutem attulisse referuntur, auctoritate haud magna instructa esse queunt, remedia; quos vero lectio cadaverum polypos confirmat, — horum certe lethales reliquæ curationis adhibitæ methodum perparum commendant. Quæ lympha, morbose secreta, in partibus tenore vitali adhucdum instrutis, coivit, nec ipsa vivum vasisque ornatum in solidum mutata fuit, aut intime cum illis concrevit: ea quidem vi partis eandem amplecteptis vitali, per artem, aut in febris, adaucta, longas adeo temporis post moras resolvitur interdum. Quod vero lymphaticum morbosumque concrementum, vasorum apparatu dotatum, cava corporis morbose implevit, ac in unam eandemque cum iisdem substantiam concrevit, aut ab istorum amplexu, dominari ac regi ut queat, nimis separatum est, hoc, — quidquid de polypi, cadavere extracti, promptissima diversis in menstruis solutione sit dictum, qua ratione per artem possit subjugari, ignoramus. Quodsi perspectas nobis causas polyporum rimemur, easque vel in languinis motu lentiore aut vix non suppresso, vel in phlogosi interna queramus; sequetur, ut medico, istarum effectum inhibituro, incumbat, ut vel has causas prævideat, & ab homine avertat; vel demum, his positis, quod a nimia quiete coire, aut a phlogosi cogi, con crescere incepit, promptissime eliminet, ejiciat. Stagnantes in cavo corporis aquæ, gluten animale, leu matrem polyporum, non raro ad viscera, — vel citius eductæ, vasis ad fundum deponunt. Post internas inflammations, saepenumero humor puriformis parietibus adfictis adhaeret, & apud multos ægrotos in urinis comparet

sedimentum puriforme, quod ex lymphæ, a phlogosi in parte adfecta mutatae, ob suum fluidum adhucdum naturam resorptæ, nec tanquam amplius in sanguinem convertendæ, rudimentis collatur, & per vias urinales, per alvum, per ludores viscosos expulsum, tum viscera obstructionis, cohaesiones morbosæ a metu, tum systema vasorum, quem retecta inferret, a stimulo, & a metalloalis iniquæ formidine absolvit. Hinc si quid ab arte extpectari hic potest; erit hoc, ut post causas lymphæ coagulo faventes; istius principia, priusquam duriores in malfas concrescant, nunc vires cordis augendo, nunc easdem infringendo, per opportuna colatoria expellat. In casu igitur symptomatum, quæ polypis a motu cruris intercepto oriundis attribuere licet, excitantia remedia, pro variis ipsis causis diversa, infusum arnicæ, serpentariæ virginianæ, moderatas alcali volatiles, camphoræ, mercurialium, antimonialium doses, & quæ simul urinæ lecretionem promovent, salis vegetabilis alcalini solutionem in vino rhenano, vel in lucco petrocellini, vel dauci hortensis, cum mellis portione superaddita, aquam calcis, aut aquam martialem, commendamus. In casu, quo phlogolis valorum, aut febris inflammatoriæ, seu hypersplenicae naturæ prægressa polyporum in causa fuisse videatur, — nec minus in eo, quo polypus æquales aneurysmati tumultus arteriarum in systemate excitat verit; ea ipsa, quam hoc in malo proposuimus, antiphlogistica medendi ratio, sub iisdem cautelis locum inveniet.

Aneurysmatis, polyporumque cura vix expedita, cum ex ipsis his malis tam læpe cordis palpitatione descendat; istius simul pertractandæ rationem ex parte jam dedimus. Tam multiplices vero hujus vitii sunt causæ, ac tam læpe illud aliorum modo symptoma morborum est: ut ex istorum magis, quam ipsis palpitationis ex indole, plerisque certe in casibus, querenda sit indicatio. Omilla interim hic loci ægritudinis ex alia

alia pendens consideratione, si ex cordis actione nimis intensa, ex aucta visceris vitalis irritabilitate, palpitatio procedat: ea ipsa, habito ubique ad causas respectu, debilitantem per methodum minuenda est. Cordis contractionem violentam quam maxime sollicitant sanguis, quantitate, vel impetu majore illius ad cava allidens, vel stimulus quicunque, instrumentis cruorem moventibus inhaerens. Hinc vietus tenuior, potus aerque frigidus, quies, venæfæcio, fluxus cruenti naturalis, aut soliti, ac forsitan suppressi, per adplicatas ano, pudendis, aut naribus hirudines, provocatio, circuli humorum per partes resistentes restituta libertas, pediluvia, blanda intestinorum evacuatio, — hinc stimuli latentis correccio, vel alias in partes, minus nobiles, directio, potissime conducunt. Si debilitas majorque sensibilitas ad cordis contractions convulsivas contribuant: tunc, non neglecta & hic causarum indagine, methodus corroborans, vietus nutriens, vinum generosum, corticis peruvianis decoctum cum vitrioli elixirio, martialia remedia, vel & opium, molchus, æther vitriolicus, alfa foetida, valerianæ radix, salesque volatiles, indicantur. Malo hinc consilio venæ fæcio quoconque palpitationum sub calu a multis instituitur, pluresque abinde in lethalem pericardii, thoracis hydropem inciderunt. Interim nec hic, solo ex pulsu, forsitan haud pleno aut magno, viuum measura haurienda est, ac saepe sub illo soluim venæfæcio subsidium constituit.

De externæ varicis cura, quæ chyrurgis incumbit, sermo hic esse non potest; & quam difficulter internos venarum tumores Medicina dignoscat, aut forsitan præsentes constante effectu dispellat, fassi jam sumus. Quodsi varicum ad causas respiciamus; mox, venas ex alieno magis, quam proprio ex morbo, tumere, — atque hinc auxilia magis illi, quam isti, opposita indicari patebit. Omnis scilicet varicum internarum, in eo, ut obstracula refluxui cruentis contraria tol-

lantur, ac venæ nimis extensæ debilitas cum remediis, quo fieri id possit, loco adfecto vicinius admotis, corrigatur, est polita medela. Cum vero primæ indicationi satisfacer: ubique & in omnibus haud liceat; hinc, ut locali magis vitio medeatur, ac, — supprellæ penitus per tumentes hæmorrhoides urinæ, vel & fæcum excretionis exemplo, — ut urgenti occurramus periculo, cruentem ex venis externis, quibus certum cum internis commercium esse novimus, interdum lanceolæ aut hirudinum auxilio evocamus, compressionem, tensionem ac stimulum imminuimus, ductus excretorios turgentibus a vasis ocululos, impeditos releramus, & concillis quodammodo induciis, morbi causam primarii superare conamur. Hoc præstito, venolæ dilatationis effectus aut vasorum debilitatem, tum recta vivendi ratione, sub debito corporis exercitio, frictionibus, positione partis pri- dem adfectæ opportuna, — tum petitis ex classe roborantium remediis auferre studemus.

Profluvia cruenta.

His igitur, quæ sanguinem, — & quæ ipsos, quos hic percurrit, canales concernunt, — perspectis, — illis vero, quæ vasorum lymphaticorum morbos concernunt, alium in locum reservatis, proprius ad ipsius profluvii cruenti considerationem accedimus.

Definitio. In generali profluviorum definitione, hæmorrhagiæ quoque illa continetur. Scilicet ubi crux, præter legem sanitatis confluentam, sine impetu, copia minore, ex parte corporis guttatum, extra profunditur, sanguinis stillicidium, — si cum majore vehementia, quantitate, celeritate, vel exteris, vel clandestine in corporis cavum aliquod prorumpit, profluvium cruentum vocamus. Alio quidem macularum, ecchymosis, sub nomine venit, ubi sanguis telam cellularem subcutaneam inundat, & in ista restag- nans, coloris in pelle mutationem inducit; led par- tim profluvium crux a solidis vicinis circumscrip- tum

tum id silit; ac pro tali, petechias, ecchymoma-ta, & maculas scorbuticas, hac tamen a classe morborum, non sine rationum magnarum funda-mento sejundas, habemus.

Cum vero multa sub speciali prostutiorum doctrina melius, ac suo quævis loco ordinentur; paucis modo præmissis, potissimas hic fluxus san-guinei species considerandas aggredimur; ac licet menstruus, qui fœminis ad partum maturis ex lege naturæ fluit, crux, vel tempore, vel men-fura limites præscriptos non raro excedat, ac pri-mo sic ordine morbosus hic fluxus collocandus vi-deatur; alium nihilominus hic eligere, ac primum, capitis, — mox viscerum pectoris, ab do-minis in cavis positorum, mox partium urinæ secretioni, excretioni dicatum, ac demum ge-nitalium jaæturas cruentas exponere præferimus.

Divisio. Quod vero de prostutiis in genere jam diximus, hoc de cruentis non minus reti-nendum est: est scilicet quod alia internas, — exter nas alia, ob caulas nascantur; alia, ex primario valorum, aut totius systematis, aut locali tantummodo, aut compposito demum vitio, — atque nunc ob nimium illorum in fluida impetum (haemorrhagia activa, hyper-sthenica), — nunc ex negata istis resistentia (haemorrhagia passiva, asthenica) procedant; — alia, alterius vi morbi (H. secundaria), — nunc sub evidente istius decremento (H. critica), — nunc sine isto, vel potius cum damno (H. symptomatica aud.). propullulent; — alia, cum fe-bræ varia, tam continua, quam intermitente, — alia, sine istis, atque nunc vaga, quovis sine or-dine, nunc habitualia, ad certæ leges perio-di, decurrant. Ratione ledis, vel externa, vel interna, seu abscondita, est, atque nunc arteriarum, nunc venarum, non facile semper distin-guendis ex ostiis apertis, venit haemorrhagia. Epi-demico hinc inde imperio haemorrhagiæ ægros-tos eodem tempore quamplures exbauriunt; in aliis, certe

certe per haereditatem in hæmorrhagias varias dispositio, peculiaris structuræ ac solidorum ex culpa, subnascitur. De profluviis spontaneis nobis maxime hic sermo est; quas externa violencia (*H. traumatica*) inducit, has, chirurgiae ad forum spectantes, aliorum committimus solertia.

Sedes Ex omni quidem corporis superficie sanguis hinc inde, vel in apertum, vel in cava vicina, stillasse est visus; sed facilius hic ex partibus sponte prorumpit, quæ structuram spongiosam, rariorem, ac ramulos vasorum copiolos, tela minus firma custoditos, agnoscunt. Hinc interna superficies narium, bronchiorum, ventriculi, recti intestini, pelvis venalis, ureterum, vesicæ, urethræ, uteri, vaginæ, a sanguine copioso obruta, vel alio demum modo adfæcta, hunc facile dimitit, ac habitualem croris apud multos scaturiginem constituit. Iuniores imprimis, & alacris ingenii homines profluviis cruentis, a quibus interim nec ipsa debilitas, & sanguinis adeo inopia omnes defendunt, præ aliis subiecti sunt. **Activæ**, frequentius verno, quam alio, tempore luccedunt. Suæ interim cuivis ætati regiones sunt, quæ sanguinem lubentius, ac alio sub vitæ stadio, eructent. Sic pueris, nasus, — juvenibus, pulmones, ventriculus, — alvus, vesica, adultis, cruentum facilius, quam partes aliae, fundunt. Jam senes, iterum ad nares, sed maxime ad cerebrum, non æquali utrumque ad locum sorte, sanguinem amittunt. In genere, illi, qui sub habitu corporis molliori, ciborum nutrientium, potuum spirituoforum desiderio ultro satisfaciunt, assumta satis facile subigunt, nec tamen motu corporis, autisque labore excretionibus, ea, quæ ad partium incrementum, nutritionem impendi haud possunt, dispergunt, & quorum hinc vala capaciora, debiliora, vel ipsum ad oculum cruento regurgitant, aut, læpius majori, quam par est, sensibilitate instructa sunt, profluviis cruentis, præ aliis, subiecti sunt. In universum, vix ulla hæmorrhagias, aut arteriarum, aut

aut venarum hæmorrhoidalium, in brutis bestiis locum habere, sat recte est dictum.

Sy m p t o m a t a . Nunc vero signa hæmorrhagias spontaneas aliqua præcedunt; quorum interim nullum sat firmum, aut constans, aut cuivis ex illis commune, sed, pro activi, aut passivi profluvii natura, diversum est. Nunc, & læpius certe, sanguis inopinato, ac sine prægresso, saltem noto medicis, indicio prorumpit. Primo in casu, ad ea, quæ oculis patent, loca, congestio, venarum inflatio, intumescencia levis, aut rubor longe lateque circa partem, ex qua sanguis prodibit, observantur; atque tum his in locis, tum ad partes profuneras, ac nobiles, quæ sanguinem expellent, plenitudinis, repletionis molestæ, tensionis, titillationis, pruritus, caloris sensus, — interdum certus hororis gradus, cui calor, pulsus frequens, plenus, subdurus, ac vere febrilis succedunt, observantur. In illis, quas asthenicas vocavimus, hæmorrhagiis, excepto, in multis, tumore variocofo, frequenter hæ turbæ locales deficiunt.

Sed vel hæc signa profluvium cruentum præcedant, vel desint; pars certe maxima symptomatum, quæ præcipitatem ex imis visceribus sanguinem in homine comitantur, ex animi terrore delcendit; aut saltem cum effectibus istius miscetur, ab iisdem mutatur, ac aliud longe, quam in aliis animalibus hoc a morbo phœnomeno aut parum aut nihil commotis, adspectum affumit: pallescunt, sanguine necrum orbatæ genæ cutisque, sudor frontem humectat, extrema frigescunt, anxietas præcordia, tremorque membra invadunt, cordis adeat palpitatio, ac pulsus, qui forsan hucusque pleni fortisque, aut vix sano a statu diversi fuerunt, contracti, exiles, celeresque redduntur. Hinc maxima interdum in profluvio hypersthenico, ab asthenico lat prompte distinguendo difficultas est; ac plurimi a medicis ægrotantium non minus, quam adsinum terrore, a recto consilio distractis, ac in illa, quæ morbum prægressa sunt,

in habitum ægroti, causasque mali non satis atten-
tis, committuntur errores.

Pro ipsis vero sauciati canalis hiatu, ac fu-
gentis vitalis undæ diametro, celeritate ac impe-
tu diversis, — pro varia partis, quæ sanguinem
aut rejicit, aut effusum, coacervat, indole, func-
tione, — pro causæ, quæ profluvium vel hyper-
sthenicum, vel asthenicum induxit, diversitate, —
pro sexus, ætatis, constitutionis ratione, alia alia-
que, sub hac præsentis hæmorrhagiæ periodo,
symptomata nascuntur. Sub lenta sanguinis ja-
ctura, pars illius longe major, quam in subitis illis
hæmorrhagiis, quæ de violato vase majore testan-
tur, sine tantis in ægroti symptomatis amitti po-
test; ac revera in lento malo, humores tenuiores,
qui subtiliora vascula permeant, in evacuata vasa
rubra succedunt, massamque sanguinis reliqui su-
stinent & augent. Sub magnis profluviis, vel an-
tequam hæc fiant, cor, stimulo consueto privatum,
quiescit, asphyxia primum, ac denique mors ipsa,
sequuntur. Hinc sæpe, ubi gravior urget crux
jaætura, mox summa angrietas subhoritur; succedun-
visus obnubilatio, oscitationes frequentes, vomitus,
tinniunt aures; lipothymiae; & facile convulsio
scenam claudunt lethales.

Est vero, ubi ipsa in mortis alias prænuncia,
syncope, princeps servandæ vitæ lateat remedium
atque hinc magna in ægro suscitando, stimulando,
sunt posita pericula. Sub hyperstheno, quod
vis nimia vitæ excitavit, & quod ex signis istius
jam expositis cognoscitur, profluvio, si modo am-
plioris non subsit læsio canalis, — nisi hujus, di-
midiam ad partem aperti, ostium, ab ea, quæ
adhucdum est integra, claudi recusetur, — aut
peregrinum nisi corpus, parti læsæ infixum, istius
contraktionem præpediat, excreta sanguinis, quæ
stimulum aluerat, portione, corio, ut vocant, phlo-
gistico frequenter, sed certe non ubique, obducto,
sub debita corporis ac mentis quiete, persæpe sen-
sim

sim sensimque imminuitur, ac sponte sistitur crux fugitivus.

Contrarium plerumque in ea, quam a sthenica appellant, & quæ ex infraða solidorum potentia scaturit, signisque istius ab hypersthenica distinguitur, hæmorrhagia spontanea succedit; atque in ipsa, quam æger jam perdidit, crux unda, majoris latet jaðuræ origo,

Quo hæmorrhagia, naturæ, ut vocant, artificio sistatur, hoc non semper tam clarum est. Arteriam minoris diametri, sub vulnere recisam, sibiique ipsi reliqtam, emissa, crux sinceri portione, propria sensim sensimque contradictione claudi, atque, ipso pro sanguine, liquorem primum ex pallido rubellum, dein serosum, mox vero nullum, transmittere, læsionum in parte molli docet historia. Non raro effusi portio crux vulneris, cavi vicini, cellulose in spatiis coacta, vasis læsi orificium obturat, vel in hoc ipso, — quod interim sedatio pathologica non semper confirmat, delitescens, solidum sanguini fugienti obicem ponit. Sed in eo, quod sponte ex morbo contingit, profluvio, prout hoc ex causis nunc in omne vasorum systema, nunc in solam, quæ crux evomit, partem, aut in utraque agentibus, nascitur: ita & ipsa hæmorrhagiæ cessatio, vel in totius systematis, vel in pars solius, vel in utriusque mutatione, ab illa, quæ post mechanicam vasorum læsionem succedit, saepè multum diversa, quærenda videtur.

Cause. Sed quemadmodum obscuritatis hic plena sunt omnia: sic & causarum, quæ profluvia cruenta inducant, vacillat doctrina. Ex illis interim quæ de profluviorum rationibus in genere jam diximus lux aliqua affulget, atque ipsa specierum consideratio, clariorem hac, attentis accendet.

Subtilius omnino, quam in omnibus vere Antiqui, conditiones vasorum, sub quibus languinem ex morbo transmitterent, poluere. Quamvis etenim illa, ut crux, quem continere deberent, emit-

emittant, vel læsa esse, vel interstitia nimis ampla, seu poros æquo maiores habere, vel humorem justa densitate privatum, & ad fugam promptiorem vehere sit dictum; & quamvis canales cruentum vel ex dilatata nimis ostiorum diametro (per anastomosin) eructare, — vel sejunctis ab invicem fibrillis adhuc integris, quasi per cribrum (per diabadesin) transfludare, vel ob cohæsionem fibrarum solutam læsamque (per diaeresin), nunc vi mechanica externa, fecante, pungente, contundente, lacerante, aut ruptione a contentis distendentibus illata (per rhixin), nunc erosione ab acribus (per diabrofisn) disperdere referantur; vix tamen aut simplex fibrarum sejunctio profluvium cruentis tam facile inducet, aut tanta sanguinis contenti aero, quæ vasa erodat, admitti potest; & si ostiorum dilatatio, ac læsio vasorum, non rarum profluviorum comitem offerre fateamur: hæc tamen in morbis internis non adeo primam hæmorrhiarum rationem, quam alterius effectum causæ sistere putamus.

Non exigua nimirum inter causas, quæ febrem hypersthenicam sive inflammatoriam, veramque inflammationem, — ac inter eas, quæ activas, hypersthenicas hæmorrhagias inducunt, affinitas subsistit; ac revera, sicut inflammatoria adfeccio nunc totum systema, nunc modo partem istius prehendit, atque nunc febrem accedit, nunc eadem immunis incedit; & topicum magis vitium constituit; ita & cruenta faciunt profluvia, atque ipsius adeo inflammationis symptoma (sanguinis, fub ista, vel puriformi cum humore remitti, vel sinceri, per ductus excretiores rejecti, vel in telam partis inflamatæ cellulofam effusi testimonio) vix non perpetuum nobis exhibent. Quod vero magis profluvii activi cum hypersthenicis affectibus affinitatem ostendit, est illius, forsitan per artem, aut casu, præpostere cohibiti, transitus in hos ipsos perfacilis; est sanguinis rejecti phlogistica plerumque indoles; sunt methodi debilitantis, atque flu-

fluxus ipsius cruenti manifesta utilitas; ac denique frequens partis, ex qua sanguis profiliit, inflammatio, et in abscessum conversio. Hinc male nuper, vel quodvis croris profluvium morbosum ex sola debilitate scaturire est dictum; & quamvis hæmorrhagiæ ex majoribus quamplurimæ hunc statum solidorum sat cito inducant; non tamen hic sanguinis amissi effectus, debilitatem mox a principio jaæturæ causam cruentæ præcessisse testatur.

Nec certe, ut sanguinis profluvium hypersthenicum esse dicamus, requiritur, ut impetus croris, a tergo, ut ajunt venientis, universi systematis actione in partem unam adacta, ubique supponatur; sed sufficit major æquo in vasis organi irritabilitas: ut, loco humoris consueti, mucosi, serosi, cruentum, marte proprio, expellat, aut, quod sensu pathologico nobis dicere liceat, secernat. At illa quippe, quæ activa dicuntur, profluvia, secretio morbosæ magis, quam actio mechanica contribuit; & quæ, sub illa, vasorum repletio, dilatatio, aut simul ruptura, succedunt: hæ, stimuli, qui secretionis opus aut invertit, aut novam inducit, effectus sunt. Hoc docent bronchiorum, urethræ, vaginæ, intestinorum, a phlogosi correptæ, ac primum ierosos, dein puriformes, ac demum cruentos humores, sanguinis superficies; — ostendunt frequentia hæmorrhagiærum, non exiguarum, sine ulcere reliquo, vel cicatrice sanatarum exempla; monstrant facilis profluvii unius in alterum ex illis conversio, aut fluxus, forsitan una in parte cohibiti, in altera successio; — ipsa uteri periodica, sine ulla, iu multis, plethora, secretio, aut vicaria sanguinis ex überibus aut ex parte corporis quavis alia, distilatio confirmant. Si major aliquando sanguinis quantitas, quam ex minorum vasorum secretione cruenta exspectare valeamus, prorumpat; id utique majoris læsioni vasis interdum tribuatur oportet; sed saepe suum in cava viscerum ampla sanguinem vascula eructant, & quamprimum hæc ple-

plena sunt, collectum, ac s^epe jam coactum cruentum cum impetu rejiciunt; vel ille ipse, qui sanguinem fecernere vasa coegerit, stimulus, alia, majora, dirumpit, & uberioris simul hæmorrhagiam originis producit. Hic stimulus est, qui, lege ignota, humores ad vasa eidem subjecta alicet & convocat, secretionis rationem pervertit, immutat, ac vibrarum præter modum adacta, sanguinem per vasa minora, vix alios huic patula, urget, aut simul majora disrupit. Sed ipse jam sanguis, vel ob extensos per omne vasorum sistema tumultus iniquo cum impetu ad vascula ex sua natura infirma appellens,— vel ob inæqualem ejusdem cœteras per partes distributionem, pro stimulus est vasis, quæ ob spongiosam ac laxam organi, cui præsunt, strukturam, se alio, quam cruento, liberare modo non queunt.

Sed quemadmodum hypersthениci causam profluvii cruenti, a partis, ex qua hoc ipsum continet, majore stimulus, & audita vasorum actione derivamus: ita asthenicae, quas vocant, haemorrhagiae, ex audita vasorum incitabilitate sic dicta originem petunt, sub qua, locali præser-tim affectu, sanguis in parte debili copiosius, quam par est, colligitur, ac minores hic, quam alibi, ubi forsitan amplorum obstructio, compressio, constrictio spasmodica vasorum, circuitum humorum suspendit, resistentias experiens, has ipsas, facto, sanis ex vasis, cruentis impetu, leviore labore superat. — Jam sola partis suatio, vel apposita illi cucurbitula; sanguinem vasorum imperio, sine cordis adhibita, vel audita saltem, potentia, subducunt.

Hæc vero hypersthenicam inter ac asthenicam hæmorrhagiam differentia intercedit: quod, licet tam una, quam altera, sub to-tius systematis affectione, ex vasis quibuscumque contingere queat; vix tamen prima, ex pluribus simul locis, sed potissime ex uno, ad quem impetus solidorum vel maxime dirigitur, prorumpat, cum asthenica profluvia (ut sub febribus asthenicis)

cis) nervosis, in scorbuto, sub iætero nigro, ac morbo maculoso hæmorrhagico, ut aliqui appellant, videmus (indistinctim nunc istis nunc illis ex valis), extensa per omne istorum systema cæssione, facile, — quin igitur hos morbos profluviorum ad clalem referamus, præcipit. Non aliter hoc in calu, quam ubi, lælis, a lanceola chirurgi, arteriæ tunicis externis, crux membranam illius internam urgeat, in saccum, seu aneurisma diffundit, ac denique dirumpit; demto, per causas internas, fibrarum arterias cingentium vigore, sanguis sub levè cordis aut partis impetu, resistentias valorum minores superat, & vel hiantibus ex ostiis, vel ex reclusis canalium repagulis, aufugit. Frequentius hæc in parte, quam in toto valorum, — in venoso frequentius, quam arterioso in systemate contingunt, atque hinc plurima cruxis profluvia de locali valorum vitio, cui venæ præ arteriis subiectæ sunt, testantur.

Est tamen non rara & his in rebus complicatio: nec partis, ex qua sanguis profunditur, debilitas, ac asthenica profluvii in his confiniis indoles impediunt, quin totius systematis, ad sthenicos affectus dilpoliti, a re quavis excitante inductus impetus ad illud vel plurimum contribuat. Sic fœmina, robusta simul, ac ab aliquo jam tempore medorrhœa infonte, — locali vitio nimirum, — affecta esse potest. Huic, sthenica si febris accedit: sub impetu febrili, sanguis facile ex utero jam debili prorumpit: cui interim profluvio generalis venælectio prudenter opponetur. Sic febris ejusdem prosapiaæ, in juvene vegeto, sed pulmonum locali debilitate, ac simul nunc bronchiorum catarrho affecto, sputum sanguinis non raro producet. Venælectio hoc ipsum, quod sthenici habitus ac febris sub absentiâ auxisset, profluvium sedabit. Fateamur interim oportet, vilcerum nobilium, aut partium ex vitio locali humorum jaæturæ subiectarum, asthenias, vix diu cum totius systematis habitu hypersthenicas simul incedere; illaque vilcera,

si suis minus præfint functionibus, aut partes infirmas, quæ liquores necessarios disperdunt, mox reliqui systematis inertiam pedisse quam habere.

Præcipua jam prognosis hæmorrhagiarum momenta alibi protulimus. Prosluvium sanguinis hypersthenicum, quemadmodum, frequenter ex rationibus inflammatoriæ febris ipsiusque inflammationis causis affinibus exoritur; ita stimuli, vasorum systemati generali, speciali inhærentis effectus, moderatum, saepe magis, quam ipsa venæfæctio, corrigit, ac vel ipso sub morbi, imprimis localis, principio, criseos æmulatur beneficium. Quod vero frequenter hoc ipsum imminuit, est sanguinis ex viscere nobili, vel in cavum istius, vel in telam cellulosa vicinam, effusio, infiltration, coagulum, impedita rejeccio, corruptio, corrupti resorptio, & inducta ex illis, partium compressio, irritatio, functionis necessariæ suppressio. Intempestiva hinc prosluvii hypersthenici, quod vires non exsuperat, cohibitio, non paucos vel totius systematis, vel partis cruentatæ morbos inducit, relinquit.

Prosluvium asthenicum, ex generali vasorum affectione descendens, tam ut signum, quam ut causa, pericula minatur. Quæ vero ex locali vasorum debilitate, repletione derivatur, hæmorrhagia, ea, pro sede sua, & pro causis, non exigua quidem sanitatis incommoda in multis producit, aut indicat; sed ubi conspicuam cruris jaeturam non infert, ubi alii, vel sanæ, vel consuetæ evacuationi pro supplemento est, — vel ubi diuturnam jam cum ea habitudinem ægrotus contraxit; non raro cum aliquo istius emolumento continuat. In genere, tum causæ, tum quantitatis, celeritatis, ac subiecti, in dijudicandis prosluviorum periculis habenda est ratio. Si talis est causa, ut auferri non queat; si sanguis multus in cavum corporis, quo educi haud possit, aut in visceris parenchyma effunditur; si subito, ex vase conspicuo, aut maiore quantitate, aut longum per tempus, vel in viri-

viribus exhaustis, in gravidis, in sene, vel tenero infante hæmorrhagiæ contiugunt; tunc majora ex hoc phœnomeno cruento rerum imminebunt discrimina: sanguis, rubris particulis, quæ propriam sibi densitatem largiuntur, amissis, aquolum vix non in laticem refolvetur, fibras cordis motrices efficacia minori stimulabit, secreciones, quæ sat valido cordis a motu pendent, imminuet, ac, præter pallorem, languorem corporis universi, facile vel hydrops, vel febris lenta cum tabe, vel letalis aliquando convulsio prædicenda sunt. Quod vero aliquoties, quacunque demum a causa, redivit, — id facile revertitur, & periodum affluit, non sine magna cautela supprimendum, habituale prolluvium: ut igitur ab ipso, quod vaferum plenitudinem laxorum imminuit, auxilio, novæ repletionis, vel cruoris, ut rectius dicamus, intolerantiæ, porrigatur occasio.

Cura. Quas jam alibi regulas profluviorum curandorum generales adduximus, hæ, ad fluxus etiam cruentos sufficiunt. Non tam certis interim præsidiis Medicina pro internis, quam Chyrurgia, cui valorum ligatura, comprellio, flyptica, uscio ad manus sunt, pro externis profluiis, suffulta est.

Princeps quidem in hæmorrhagiis hypersthenicis in eo est posita indicatio: ut cordis arteriarumque in liquida contenta actionem frænare, simulque cruoris congestionem dissipare conemur. Atqui, cum ipse jam sanguinis fluxus lolidorum potenter impetum infringit; sibi tamen relictus ille, ad mortem sæpe usque, impulsus præcipitat cror, & quod hypersthenicum a morbi principio fuit, — hoc sub fine, post pauca interdum temporis momenta, asthenicum redditur profluvium; nec facile est; rectum auxilii naturalis moderamen definire.

Ratio hinc, spontaneam hæmorrhagiam in artificiose, cui pares, pro lubitu, fistendæ formem, convertere luaderet; ac sæpe, præter illa,
quæ

quæ proposuimus, auxilia, suscep̄ta in parte sana & opposita, vena e sectio, morbosum ac incertæ mensuræ sanguinis profluvium cohibere videatur. Ast vero, non semper, fracta alibi, per venæ longinquæ incisionem, resistentia, — hæc, minor ac in loco, quem sibi morbus elegit, redditur; ac sæpe sanguis vel utrumque per ostium aufugit; vel imposito venæ sauciatae spleniolo, ex viscere sponte cruorem fundente pergit fluere rebellis. Quodsi tardius, quam par est, & exhausto jam viribus ægroto, vena tundatur; facile, quod reliquum est, vitæ pabulum, ipsam per artem infauste disperditur.

Hæ sunt, quæ medicum ad lectulos premunt, — nec solæ sunt, quæ premant angustiæ! congettiones quidem, tum eo ipso, quod vim cordis & arteriarum immiuimus, stimulumque generalem, specialem & croris ad partem affectam concursum moderemur, dividimus; tum vasa corporis a quavis compressione liberando, partes longinquas molli balneo fovendo, & sanguinis affluxum in easdem sollicitando, dissipare conamur, sed certius hæc iterum in inanimi, quam sentiente ac semetipsam proprias ad leges movente machina hydraulica, pro voto succedunt; ac frequenter, quæ revulsionis, derivationis sub titulo laudantur, croris nequicquam jaðura detrahere cœiduntur.

His artis medicæ inopiis, altera seſe, non minor, adjungit, quæ ex præcipiti profluviorum multorum indole emergit, difficultas. Sæpe tanta mox vitalis liquoris ex visceribus profusio est: ut lenta caſularum indagatio, & methodica rerum tractatio vix locum concedere, ac mortis ex profluvio imminentis discrimina, quæcunque demum artis vel minimis temporis intervallis succurrere cunctantis, tentamina cludere cernantur.

Cum vero potentem in hæmorrhagijs externis adstringentium virtutem medici pedarent: hanc, internis quoque utilem profluvij cœlestant, ac

ac omnem in sanguinis cohibenda saecura, ne simul anima cum illo aufugeret, operam ponebant. Fateamur interim, nec in illo quidem artis praefidio, aut magnam actionis incertitudinem, aut adeo vim ægris non paucis funestam, ubique detine! Vix etiam, quæ adstringendi potentiam in solida exercent, latteorum, ea, sibi vias vaferum non claudere, — aut, cum, diluta, has superant, virtute, qua, mera ea, pollebant, ad sanguinem venire, dicendum est. Qualiscunque vero et ligamentum agendi sit modus, & vel secundas et vias ea pertingant; vel, quod nobis verosimilis videtur, potissime per stimulum, quem stomacho tuboque intestinali inferunt, æqualem longinquus in partibus actionem exerceant; verum tamen erit, hæc ipsa remedia hyperstheneicis, quibus major solidorum impetus pro causa est, profluviis stimulum superaddere, ac non magis in lœsi valvis ostia, quam in omne vasorum systema agendo, resistentiæ ad illa rationem imminuere. In asthenicis hinc profluviis hæc utique arripimus auxilia, & quin, luspectum & nobis, saturni usum internum, licet nuper iterum laudatum, approbemus, in alumen potissimum ac ipsum in chinæ corticem, fiduciam collocamus. Eodem fere modo emetica refractis in dosibus portanda, vel pauca radicis ippecacuanhæ grana, quæ interim adstringentis actionem in viscera longinqua exferere haud possunt, abdominales in nervos vi sua stimulante, naufragante operando, in profluviis asthenicis non raro conducunt. Excitantia remedia in profluviis cruentis medici quamplurimi ex eo damnantur: quod ab illis, motum sanguinis ad vasa hunc fundentia augeri, fugamque cruxis promoveri, hydraulicis iterum legibus, vivente in machina tam fallacibus, innixi, prætendant. Qui vero caulas profluviorum intellexerit, ac multa ex his ultimis, vasorum ac nervorum ex inertia, ex spasmis oriens cogitaverit: hic exemplo hæmorrhagiæ in scorbuto, in variolis malignis, cum vino, cortice cin-

namoni, facilius certe, quam cum sic diuis refri-
gerantibus cohendae, meliora edocet, fatebitur
nullius esse momenti, quod ex calidorum, ut vo-
cant, ac ipsius opii vi pellente, usui illorum in
curandis profluviis asthenicis opponitur, argu-
mentum.

Ab omni fere ævo, quamvis frigus, præter
caloris absentiam nullum esse, vel quivis intel-
ligeret, illud tamen stringendi vim magnam
exterrere est creditum; & cum robur partis ani-
malis, densitatis rationem, sub iisdem conditioni-
bus, sequatur; frigus illud augere est dictum. Hæc
non ita pridem negata fuit frigoris, seu caloris im-
minuti potentia, fatemurque lubenter, medicorum
non paucos hoc genere subsidii debiliores apud ho-
mines sæpen numero fuisse abusos. Has quidem in
lites, quamvis de re magna in Medicina sit quæ-
stio, hoc loco profundius descendere non possumus;
sed certe tam audi, quam subtracti caloris, nec
eadem in corpus vivens, ac in mortuum est ac-
tio; nec effectus istorum, cum ignis illi superaddi-
ti, vel dempti effectu proportionem observant;
sed magna illorum diversitas ex nervorum partis,
cui calor aut gratus, aut molestus, aut major, aut
minor, applicatur, varia sensatione, & ex conuen-
tu partium aliarum, derivanda est. Sub usu bal-
nei calorem sani hominis (96° Fahr.) æquantis,
quod corium exanime relaxat, emollit, pulsuum
frequentia, vibratio imminentur, ac vires in mul-
tis manifeste augmentur. A gradu caloris externi
longe majore, sanguinis viventis calor, licet ar-
teriae sub eo frequentius pulsent, nequaquam, ut
ille cadaveris solet, incelicet; ac de canis exemplo
constat, qui dimidiari per horam sub gradu calo-
ris 236 , sub quo canis emortuæ portio triginta
trium spatio minutorum, satis cocta mollescit, il-
libatam valet adinemi servavit. Non minus fri-
goris viventem in hominem effectus, ab illo,
quam in mortuum caloris absentia exercet, sum-
mopere differt; ac sub gelu intenso, calor sanguini-
nis

nis apud omnes vix non idem servatur. Non igitur caloris vel majoris, vel exigui, in corpus vivum effectus, ex illis, quas in mortuis sequuntur, legibus determinari licebit; & summa ex vitali principio, quod illi inhæret, diversitas redundat. Hoc vero principium, ubi frigida parti sanæ affunditur, vel ubi pars pedis modo extrema gelidum in balneum immergitur, mox tam ad istam, quam alias, longinquas ad partes, phœnomena producit, quæ solius caloris, in parte exigua haud notabili, decremente; ut inductæ debilitatis effectum, tribuere nequimus, sed potentiae nervosæ excitatio manifeste, quin cordis viris imminutæ sint, hic subintrat.

Quodsi vero hos, aliosque effectus a frigore, quod istud in sola caloris subtractione consistat, derivari non liceat; an adeo hoc nihil sit, ut aliquid huic causæ tribuatur, videndum est. Calorem, ardorem, ruborem, dolores a frigore non raro in parte affecta relinqui, pernotum est: quæ phœnomena ex re absente aut nulla, pendere haud possunt. Sed nonne diffusus omne per corpus vivens est calor, quem ideo, ut materiam electricam æquali ratione expensam, sine quavis molestia perferimus? Quamprimum vero major caloris portio partem corporis hoc principio magis orbata subintrat: mox sui ingressus testimoniū ex tensu ardoris, aut doloris habetur. Si corpus nunc aliud, minore calore instrutum, seu frigidum, calidiori corporis parti applicatur: diffusus per istam calor, electricæ materiæ ad instar, in alterum, hoc principio privatum, corpus, cum impetu ac molesto cum stimulo, quem frigoris vocamus, præcipitat. Est igitur, licet frigus nihil esse concedamus, materia e calorificae in fuga ex corpore vivente in aliud frigidum, illud ipsum, quod fibram sensibilem illius extimulet; ac non minus in parte stimulata, quam in illa, quæ cum hac ipsa consentit, contractionem, & illa, quæ diximus, symptomata producat.

Certe si corpus vivens & calidum, vel sat denso, ac se ipso quamplurimum frigidore in medio diutius verletur, vel sub majore sensibilitate ex improviso, aut confessim, hoc ipsum in medium præcipitetur: tunc ipse hic stimulus, ex sublato materiae calorificæ æquilibrio inductus, excitabilitatis rationem quam maxime infringet, &, quod a fulminea succussione electrica contingit, exhaustet, delebit. Hinc mortis subitanææ, ex hominis frigidissimam in aquam immersione secutæ, non delectant exempla; & plures, quos in illa suffocatos esse contendunt, nervosa magis a poplexia ac vitalis suspensione principii, vel adeo convulsi, perierunt. Calorem quidem modo certos ad gradus amissum, homo sanus ac robustus mox renovat; quidquod a dicto vix stimulo moderate concussus, majorem aliquando, quam rebus aliis concellerit, fibimet ipsi restituat; ast vero, aut summa caloris animalis privatio, aut conspicua ejusdem a corpore infirmo & gracili facta jactura, vires vitæ omnino pessundat, veramque astheniam, quin mortem ipsam aliquando, inducit.

Sed nec hoc reticendum hic est: corpus vivum, vel partem illius, majore portione materiae caloris, vel stimuli cujuscunque, ad sanitatem necessarii, privata, astheniae, vel iplius asphyxiæ ad statum perduci: sub quo, eorum, ut vocant, excitabilitas, in contractæ debilitatis ratione, augetur. Hac sub corporis animalis positione, & sub astheniae, quam directam nunc dicunt, conspicuæ præsentia, stimulus gradui ictius adaptatus omnino requiritur; major vero, noxæ insignes, ipsamque mortem aliquando, pro effectu esset habiturus. Hinc, quæ sanis beneque calentibus frigida dicuntur, ea gradum caloris corpori animalis in asthenia, asphyxia constituti sufficienter, qui stimulum in illud exerceat, agnoscunt. Gelidæ hinc portio non magna, hominis, lyncope correpti in vultum conjecta, melius eundem tutiusque, quam stimuli fortiores potuerint, excitare obser-

obſervatur; & quæ hiemali a gelu rigent, vitæque reliquæ nullum adeo vestigium manifestant, corpora animalium, iplorumque vegetabilium; ea, non a calore nobis dicto, sed a nive & a frigida, quibus gradus caloris sibi correspondens inhæret, ad lucem revocantur, majoresque ad stimulos perferendos tali modo præparata, hos tandem ſenſim ſenſimque, cum læto rerum ſuccedu, admittunt. Hinc tantam vel iplis in febribus aſthenicis a potu gelidæ, quam pauperes, ut ſolam non raro medicinam, tam avide eportant, efficaciam, maxime ſi ſtomačius alium averſetur aut rejiciat, experimur. Hinc frigidæ, ſub typhi principio, corpori affluſæ virtus, Veteribus non ignota, & a Recentioribus ultro confirmata, explicanda eſt. Ventris, in juvēne a typho correpto, inſignem meteoriſmum, ſoliuſ glaciei contulæ cum impoſitione, Ticini viginti abhinc annis, feliciffime sanavimus, quamvis facies collapſa, ſingultus perpetuus, cum alvi obſtructione ſex jam per dies extenſa, ſudores frigidī, glutinofī, pulſus vix tactui ſenſibiles, lipothymiae, de hominis moribundi debilitate teſta-rentur.

Concludimus ex iſtis: in aſthenicis cruoris profluviis uſum frigidæ ipliusque glaciei contulæ, aut nivis, per intervalla parti ſanguinem fundenti admotæ, quem ſcilicet jam diu proficuum eſſe docuit iplia experientia, nec ſanæ principiis theoriæ refragari. Etiā vero gelidam, hyperaſthenici adeo profluvii cruenti ad oſtia diutius admotam, per caloris ſuperabundantis ac ſtimuli morboſi ſubtractionem, profuturam eſſe, poſſet viſideri; incauta tamen illius in fluxibus aſtivis, vel in illis, quos, ob contraſtam cum iisdem conſuetudinē, ſupprimi illico non convenit, administratio, contrarios, eosque pellimos, — ſuppreſſi quidem profluvii, ſed aliam in partem magis conſpicuam converſi ſtimuli, effeſtus ſæpe nimis exhibuit.

Remedia, quæ cordis actionem pro tempore imminuant ac motum arteriarum magis placidum ac

ac lentum efficiant, haud parum in profluiis cruentis hypersthenicis promitterent; ac ipsa, quæ ictis interdum accedit, lipothymia, potenter hos fluxus, scilicet jam tunc asthenicos, componit ac frœnat. Digitalem purpuream hic plures laudarunt: quæ certe, ad pauciora modo grana exhibita, insignem arteriis lentorem, & nostris sub digitis, plerisque in ægrotis, inducit. Et vero, qui turbas hoc a remedio induci solitas, præ ipso profluvio, vereatur vir clarus; & vis stimulans, quam hoc idem in hydrope asthenico tam potenter, ac tanto sæpe cum effectu, manifestat, illius usum in profluvio hypersthenico omnino haud commendat. Frequens nunc nobis digitalis purpureæ in profluiis cruentis asthenicis, ac felix certe in multis, est usus. Si talia nobis essent, quæ animalium deliquium majore sine noxa inducerent: his certe in hæmorrhagiis activis non minus, quam in ipsis inflammationibus, in herniis, ossibusque luxatis reponendis, in partu diffcili absolvendo, cum magno fiduciae gradu, haud paucis in casibus, uteremur; sed hucusque latet nos aliud, quam ex ipsa sanguinis jactura, — non tutum ubique, ac minime in profluvio passivo, remedium. A somno quidem, syncopis imagine, & tensio solidorum & pulsuum frequentia non parum moderantur; sed quæ istum per artem inducunt, ea cordis plerunque actionem simul intendunt, ipsumque opium profluvio hypersthenica, cum ea, quæ debilitas producit, haud raro potenter arceat, manifeste adauget.

Magna quondam fuit, sed a circuli humorum doctrina non parum infrangi credebatur, fasciarum in sanguinis profluvio sistendo auctoritas. Ipse quidem sanguis per venas, a ligatura ardatas, suo in itinere retentus, cruori novo per arterias contiguas advecto resistere, — hic vero, a corde, potentius irritato, liberiora in vasa urgeri, ac per via valorum per ostia facilius expelli videbatur. Hæc interim cum rerum magistra, experientia, non

non satis & ubique correspondet theoria; ac licet aliquando nil, venas ligasse conduixerit; est tamen in falcis, recte, ne arterias majores simul compriment, applicitis, non exigua sistendi profluvii cruentis asthenici utilitas. In longum quidem tempus hoc fasciarum non extendi videtur beneficium; sed jam summi momenti est, sub his extremis angustiis, artificialis hæc, & singulos ad artus extenlae, species lipothymiæ, ac sanguinis a loco profluvij vel brevior aversio. Sub his scilicet, tum vasis, a sanguinis torrente extensis, contractionis spontaneæ conceditur libertas; tum cruentis, ut illorum ad oras in thrombum cogatur, occasio porrigitur; ac felix nonnunquam in viscere infirmo mutatio succedit.

An in homine, cui sanguis ad vitam necessarius, ob citioris auxilii defecatum, sine vulnere lethali, ac alio sine morbo, mortis causa, aufugit, sub primo asphyxiæ conspectu, transfusio suadenda est? . Experimenta cum brutis feliciter suscepta, hoc genus, auxilii commendare, — ac sanguinem non adeo, ut species animalium, diversum esse, docere videntur.

O R D O . III.

P R O F L U V I A C R U E N T A .

G E N U S I.

E P I S T A X I S .

De cephalicis primum sanguinis profluviis agentes, possemus aliquo cum jure, ac duce viro clarissimo, illius, quæ ad cerebrum haud raro contingit, descriptionem præmittere; interim cum morbus, quem effusus in calvariam cror inducit, a poplexiæ ut species habenda sit, ac illam, ut genus, inter Nevroses (Lib. VII.) collocandi non una sit ratio; — cum quoque signa evidentia ac certa, quæ communibus profluviis concessa sunt, cerebro a crurore inundato in conspectum non veniant; hinc internos capitis affectus a latice tum seroso, tum cruento, aliisque ex causis communī effectu inductos, aliam morborum ad classem referentes, modo, ea, quæ exterius ac sub oculis contingunt, profluvia hic loci perlustrabimus.

Pars corporis humani nulla est, cuius vasa sub tenera imprimis ætate, sanguinem tam facile, quam nares internæ, dimittant, ac simul tam cito, sine vitii vestigio, claudantur. Hinc nullibi tam frequens, quam hac ex particula, croris est pro-

profluvium: ut Veteres, quin locum designarent, hæmorrhagiae sub nomine, illam, quæ ex naribus contingit, intelligerent. Ad nos certe, partium fructuram anatomice exponere non pertinet; sed arteriarum venarumque per nares reptantium doctrina, ut hujus morbi origo diversa eruatur, permagni est ponderis; ac illud saltem hic nobis generatim, ob ea, quæ dicenda supersunt, indicare licebit: arterias non minus externæ, quam internæ carotidis ex ramis ad nares proficiunt; — venasque suscepimus ex istis cruento partim externis jugularibus, partim vero, per conspicuos cerebri sinus, internis advehere, ex quibus subclavias in venas, utroque colli ex latere, confluat. Hæc vala tunicæ mollissimæ, per amplam antri nasalis superficiem expansæ, irretita, per varios anfractus descendunt, dividuntur, & aquosi non modo vaporis exhalationi, sed & mucosi humoris secretioni præfixæ, olfactus nervulos humedant, ac odorum sensationem præparant, ac simul ab aere sicciori, & ab acribus atmophæræ irruentis, impuræ, particulis, molliter custodiunt, defendunt. Nervorum, ob quinti paris ramulos, summus est naribus cum oculis, lingua, dia phragmate imprimis, quin universo cum corpore, consensus: quem lacrymarum, a stimulo ad illas, profusio, sternutatio a solis asperitu, ingratus ad nares; acrioris a cibi masticatione sensus, dia phragmatis ab illis irritatis convulsio, ac odorum fortiorum in syncope fuganda potentia abunde demonstrant.

Non vero aërem modo nares ex pulmonibus expressum, sed interdum sanguinem ex illis, ex auribus internis in fauces apertis, vel ex ventriculo cum impetu ruentem, — quin cibos potumque ex stomacho aut faucibus rejetos, hinc inde recipiunt, expellunt; nec ideo omne crux ex parte profluvium epistaxis vocabitur; sed illum propriis istius ex vasis prorumpere oportet. Nec opus est cruento externa per narum ostia effluere; sed, quibus istæ in fauces hiant, ambos per aditus non raro

raro sanguis, supino in homine, ad pharyngem præcipitat, ac profundo sub somno, ab infantibus potissimum, salivæ sub specie, in stomachum defertur.

Definitio. Cruoris igitur ex vasis nasi internis effusio, Epistaxis vocatur.

Differentiae. Raro in cœteris animalibus, nisi forsitan ab hirudine nares ingressa, — frequenter humanæ in specie, frequentissime in pueri, sine causis externis hic fluxus, ut vix pro morbo habeatur, occurrit: ubi crux, nunc modo guttatum distillat; nunc placido satis rivulo, — utroque in casu per unum plerumque natum foramen, aufugit; nunc vero, torrentis adinstar, non utrumque modo nasi per ostium, sed simul oris aliquando per antrum præcipitat. In ea quidem hominis ætate, qua sanguis copia ad caput uberiorre dirigitur, frequentius epistaxis contingere, a multis est dictum; interim cum encephali cœteras ad partes proportio in tenero infante, illam pueri certe non parum superat; in hoc tamen, quo usque pubescat, — licet alia infantum, nec pauca, profluvia ferosa divexent, frequentius crux et naribus prorumpit. Maxime hic fluxus apud illos, qui alacri ingenio, & corporis textura minus firma, sed sensibili & florida, instructi sunt, — nec tamen eadem immaturis in puellis, quam in pueris frequentia, succedit. Cœterum utroque in sexu, & quovis vitæ sub stadio, in senibus laute nutritis forte magis, quam sub media ætate, sanguis hinc inde per nares, — nunc istarum, nunc viscerum aut partium remotarum ex vitio, nunc cordis ac vasorum ab impetu aucto, nunc istorum cessione ac inertia, — in ipsis febrium, scorbuti, hydro-pis, menstrui, hæmorrhoidum suppressorum effectu aut bono, aut iniquo, in illis, sine febris concurso, — in aliis, epidemicæ constitutionis imperio, nec raro certæ periodi, aut saltē habitudinis, quin adeo hereditariæ quasi constitutionis sub legibus, præcipitat. Sanguinem in febre

bre nervosa cum summa cephalia, vix tepidum profuse, ac sine levamine fluxisse observaviimus. Alii, sub scorbuto, ac morbo apopleptico, calore vix non privatum cruentum ex naso prorupisse adnotarunt.

S y m p t o m a t a. Pro his vero profluvii cruenti ex naso differentiis, symptomata nunc aliqua, nunc nulla, epistaxis praecedunt. Non paucis certe cruentis, sine quovis sensibili indicio, sponte & quasi tacite, a parvis occasionibus, vel solo interdum attacitu, mox effluit. In multis, profluvium annunciant vertigo, somnolentia, stupor, pavore sub somno, rubor, calorque genæ unius, dolor capitis, splendor, levis phlogosis, caligo, lacrimatio oculorum, aurium tinnitus, sulcatus, surditas, arteriarum ad tempora & collum intensior pulsatio, plenitudinis, tensionis, siccitatis, caloris, pruritus, titilationis ad nares sensatio, ac alia symptomata. Interdum pulsus pleni, undosi, subfultantes, bis digitum ferientes seu dicroti, epistaxis citius tardiusque instantem, — sed ut saepius notavimus haud magna certitudine praedicunt. Hic pulsus caprizans, ut alii vocarunt, in unius modo brachii arteria nonnunquam se prodit, ac si lienis aut hepatis tumor conspicimus eodem in latere hypochondrium oppleat; futurum nonnunquam ex narum lateris ejusdem foramine cruentum profluvium indicat. Praesentis jam ex naso hæmorrhagiæ symptomata, cum illis, quæ de profluviis cruentis in genere jam diximus, conveniunt. Non raro sanguis longum rubrumque in polypum, qui ex naso per labra propendet, densatur; sed eodem, ob stimulum molestem, protracto, vel coacta sternutatione expulso, uberior mox unda insequitur, ac interdum ad multas, ut nimis vidimus, libras, non exiguo cum vitæ periculo, quin ipsam ad mortem aliquando, fluere continuat.

C a u s æ. Sed juvat nos ad rectam epistaxis cognitionem, ex illa causarum, ascendere. Hæ quidem ab illis, quas in genere profluviis cruentis fave-

favere diximus, non differunt; interim sequentes potissime huc pertinent: *externae* scilicet, quæ naribus vim inferunt: contusio, percussio, vulnus, polyporum, vibrissarum avulsio, ossium nasalium fractura, ozœna, caries, acria, pulvis herbæ nicotianæ tabaci, rebus suspectis, irritantibus commisus, fumi, vapores stimulantes, naribus attrahi, insecta, vermes iisdem advepta, sternutatio violenta; quæ partes vicinas, faciem, aut calvariam simili ratione afficiunt, læsio quæcunque, imprimis cranii fractura, ac ossis circa sinum falciformem depresso; — quæ sanguinem suo stimulo alliciunt: solis radii ardentes in caput nudum, aut pileis metallicis obteatum, agentes, ignis vicini actio in faciem; — *internae*, quæ vel motum sanguinis ad caput augent, inflammatio, erysipelas, variolæ, morbilli imprimis, rheuma, catarrhus narium, ira fortior, ac iterum sternutatio, studia protracta, capitis profundior positio, cephalæa, dentium aurisque dolores; — vel cruoris regressum præpediunt: terror summus, erubescens verecundia, suspiria longa, diurna vociferatio, oratio, clamor, fletus, risus, cantus, tubarum inflatio, nimbus quivis, tussis, dispnœa, morbi pulmonum, cordis, venarum jugularium, a strumis, alio tumore, collari arctiore, aut venæ subclaviæ diversas per causas compressio; — quæ circulum humorum in genere cum impetu adaugent: cursus velox, electrica concussio, galvanismus, ut vocant, spirituorum abusus, vigiliæ protractæ; — quæ sanguinis æqualem distributionem intercipiunt: vestes arctiores, tumor, obstrutio viscerum, uterus gravidus, ascites, ventriculus, intestina, a cibis, flatibus, laburris repleta, a vermis stimulata, spasmi, imprimis abdominales, convulsio, imprimis epileptica, pedum refrigeria, iniqua corporis positio, menstruæ secretionis, aut fluxus hæmorrhoidalnis asfueti suppressio; — quæ vasorum in genere, aut nasi præ aliis, resistentiam quo cruentem coerceant, imminuunt: scorbutus imprimis, febres asthenicæ, vafo-

vasorum capitis, narum, varicositas, contrafacta jam, sanguinem has per vias amittendi consuetudo. Num venae, num vero arteriae hunc fundant, hoc arduum est dicere. In chronicis profluvio varicosam saepe indolem venarum subesse novimus; in eo, quod hypersthenicum est, arterias nunc lassas, nunc fibribus, quibus rorem in nares exhalant, dilatatas suspiccamur. Secretionis cruentae ex vitio cruorem ex naribus hinc inde stillare, non pauca nobis persuadent.

Qua vero ratione viscerum majorum, lienis praecipue ac hepatis, tumores, sanguinem, subditis arteriae brachialis, ex latere affecto, prælagiis, ex nasi liniltri potius, aut dextri foraminibus, eliciant, diversa est auditorum explicatio. Plerique istorum, haec, mira satis phænomena ex impedita cruxis æquali distributione, & copia illius majore capiti advecta derivant; sed genæ modo unius rubores, arteriæ in uno modo brachio subsultus, ac sanguinis ex lateris ejusdem, non altero, foramine nalali, effluxum, hi minus explicare videntur. Felicius hunc nodum solvit, alterius, qui sub claviae potissimum venae, in latere, quo hæret visceris obstruacio compresse, haec symptomata attribuit, opinio. Thoracis certe cava, a pulmonibus, quos continent, perfide repletur. Hujus visceris lobus superior uterque claviculae, per cujus inferiora sub clavia decurrit, respondet illique aptatur. Quotiescumque hinc diaphragmatis descensus, ab unius hypochondrii tumore, impeditur, nec pulmo per aerem suscepit dilatari hic potest: oportet ut portio hujus visceris superior tunc suppleat, magisque expansa in plenis inspirationibus, alternatum in memoratam subclaviam insurgat, eamque nunc comprimat, nunc iterum relaxet. Sed cum jugulares externae, internae non minus venæ, quam axillares, quarum radices sunt brachiorum & capularum venae, in subclavias exonerari compertum sit: sequitur, ut in illis, re-
deun-

deunte ad istas compressione, sanguis remoram patiatur, & affluent ex arteriis contiguis crux refflat. Hinc brachii, ex latere affecto, arteria, si compressio subclaviae eo tempore contingit, quo haec ipsa est in sy stole, subsaltat, ac venæ jugularis rami, per genam nasique cavum hujus lateris disperli, turgent; rubet illa caletque; in hoc vero, pruritus, tensio, — ac, repetita frequentius & in horas diesque, hac venarum resistentia, sanguis correspondente ex nasi foramine distillat ruitque sincerus. Eadem hinc inde succedunt, ubi ex pure, vel aquis thoracis in cavo collectis, — vel ex quavis, in abdomen, majore obstruzione, pulmo ex uno modo latere dilatari per vices aut interrupti impeditur. Compressio subclavia magis constans ac longior, vel in brachii, ex latere affecto arteria, pulsationes vibrantes, vel certum hoc in artu torporem, vel ejusdem, aut externi thoracis, œdema, inducit. Non aliter ad caput res sese habere videtur. Quamvis etenim linus falciformis superioris initium intra narres extendi, aut venas ex ipsis suscipere, Vir magnus negaverit; sunt tamen, in quibus venæ anterius & superius a narum cavitatibus oriantur, per foramina, ossibus nasalibus inculpta, tam extus, quam intus decurrant; ac ubi foramen, quod coecum dicere, attingunt, in finum memoratum depleantur. Hinc, licet non raro vel sola concusso cranii, vasa narum simul dilaceret; ubi ad verticem, in sincipite, aut in fronte, os læsum est, vel sursum & ad latera ossium bregmatis, sanguis, ob sinus etiam prædicti compressionem per narres evacuabitur. Si vero os intropressum est versus tempora, & vasa disrupta in cavum calvariae, post tempora, sanguinem effundunt; ut plurimum ista ex auribus & ore ejicitur.

Ex causis internis, vix major est ulli, quam scorbuto, in promovendo sanguinis ex naribus effluxu, potentia. Interdum vero sat diu nullo se signo icorbutus, quam hoc ipso profluvio, prodit.

Sic

Sic virum ad clinicum, cui Ticini præsuimus, Institutum fulcepinus, cui sanguis ubertum ex nari bus præcipitans, nos anxie in causas hujus mali inquire permovit. Nec gingivæ huic viro, sat forti, aut laxæ, aut sanguinem fundentes, nec maculæ per cutem ullæ, nec dispœa unquam fuerunt; nodo hinc, ut illis in terris solet, præter modum tumebat; arteriæ pleniores, frequentes, singulari duritie digitum feriebant; calebat æger, ac febris inflammatoriæ fallacem offerebat imaginem. Hinc venam, seducti, secuimus, & sanguinem denso mox corio obiectum, ad libram detraximus. Ad noctem, crux multus denuo ex nare prorupit; sed pullum matutinas ad horas duriorrem, pleniorem helterno, ac febris symptomata anda reperimus. Replicatur venæfæctio, & crux majore fere crux obducitur. Post decem fere horas, tanto crux cum impetu præcipitat: ut sex libris illius, vel brevi intervallo, amissis, auxiliis chirurgicis coerceri vix potuerit. Ab ipsis, die sequente, pulsuum plenitudinem, duritatem, febriisque nequidquam imminutas, — sed corporis superficiem undique a maculis scorbuticis obsessam reperimus. Debilitante hinc methodo medendi reliqa, illico ad vinum generofum cum succo citri ac saccharo, confugimus, & roborantium, vidus que nutrientis sub usu, ægrotum brevi temporis decursu restituimus. Alterum, post menses aliquot, exemplum huic simile habuimus in juvene, cui sanguis jam saepius, sed maxime cum clinicum Institutum adiret, ex nare prorupit. Corporis submacie ac pallore, hic nobis pullum vibrantem, plenum, ac frequentem, ut ille, exhibuit. Venæfæctio, crux mox corio munitum eduxit; quin vero profluviū rediret, impedire non potuit. Interim, ob febrem pulsusque duritatem, plenitudinem adauditas, ad alteram, eodem cum sanguinis aspectu, pervenimus; sed frustra sic morbum dispellere studuimus. Hinc, licet maculæ deessent, scorbuticæ, tamen, dilpositionis, inter Insubros haud rara;

rarae, latus concii, ac prioris adhuc inemores exempli, chinæ corticem, ampliore cum victu, ac vini melioris portione, præscriptissimus, ægrumque, sub celeri melioris curationis effectu, resanavimus.

P r o g n o s i s. Ex illis, quæ de profluviorum cruentorum significationibus in genere monuimus, & ex indole cauarum, quæ epistaxis inducunt, prognosis istius eruenda est. Levior plerumque apud pueros hic morbus est, ac sublata per ætatem humorum ad caput congestionem, vel sponte dissipatur. Interim qui equo frequentius, & ex causis exiguis ex nalo cruorem profundunt: his, ætate juvenili, Pneumonorrhagia, seu hæmoptysis, timenda est. Morbos alios, non paucos, ex hyperstheneia ac morbosa vasorum capitum repletione pendentes, quin ipsam ejus indolis encephalitidem, promptissime interdum hic fluxus disperdit; nec raro alterius secretionis cruentæ, suppresseæ, vices hic assumit; atque his non minus in casibus, quam ubi ceriam cum hoc profluvio consuetudinem quis contraxerit, periculosa esse solet, multasque, capitum imprimis, morbos, vertiginem, cephalæam, fulurru, tinnitus aurium, amaurosis, sponores, apoplexiā, convulsiones inducit præpostera illius compresſio. Epilepticos hac ex causa insultus, gravemque ac per novem jam dies continuata in sphagiam conspeximus, quam ultimam, positis ad nares hirudinibus, ex momento sanavimus. In ipsis adeo febribus asthenicis cum gravi cephalæa incendentibus, hanc ultimam imminuit, et si morbum principalem non parum adaugeat, epistaxis. Minor certe nunc temporis, quam apud Veteres, hæmorrhagiæ criticarum in febribus est numerus: ut quem frequentior in morbis hypersthenicis venæsædio haud parum infregit. Fatendum est interim, ex sanguinis, quem per arteriam educimus, eadem portione, ac illa est, quæ sponte morborum sub fine, vel sub majore jam symptomatis vasorum quiete, ex naribus fluit, evidenter plerumque auxilium haberi. Sed vel ipsis in mor-

morbis, qui ex cruentis jaētura subsidium exspec-
tant, non raro spontaneus hic fluxus, quod limi-
tes excellerit, pericula adauxit. Tanto scilicet cum
impetu hac ex corporis particula cruentus apud mul-
tos præcipitat; ut artis fere singula eludat ac su-
peret conamina; nec defunt hydropis, tabis febris.
que lentæ, quin mortis ipsius, hoc ex profluvio
secutorum, & nobis partim oblata exempla. In
febribus asthenicis, contagiosis, in variolis, mor-
billis præcipue, ut vocant, malignis, in scorbuto,
hydrole, tabe, spes saepe omnis curationis cum
sanguine per nares aufugit; ac vel sola his in mor-
bis ad vitalis jaētura humoris molimina, ac leve
languinis, per nares stillicidium, suspecta sunt. In
senibus, huic profluvio minus assuetis, apoplexiæ
hoc idem aliquando est prodromus.

Cura. Primum ac præcipuum curandi hujus
morbis momentum, in recto, num fisti cruentus
debeat, judicio est positum; quod ipsum, ex at-
tentâ causarum, ætatis, constitutionis, habitudinis
contradæ, — ex cruentis amissi quantitate, & vi-
rium superfluum consideratione eruendum est. Si
activi, seu hypersthenici rationes, vel signa
profluvii lefferant; tunc, ut alibi docuimus, ipso
in sanguinis effluxu moderato, tum præsentis haemor-
rhagiæ, tum variorum, quæ hanc forsitan in-
ducunt, comitantur, malorum, habetur subsidium;
nec alio plerumque apud pueros, vel homines luc-
cipientes ac laete nutritos, vel demum sthenicis in
febribus, indigemus auxilio. Interim, dum, ener-
gico sub habitu, majorem, quam par sit, cruentis
copiam amitti veremur, — remotis, quæ stimu-
lum perpetuent, causis, calore conclavis tempera-
to, victu nimis nutritente, ac potu spirituoso, vel
calido, sepositis, alvoque per clysteres aperta, sub
maxima mentis & corporis, eredi, in loco obli-
quo, quiete, sub summa, ne loquendo, sternutando,
tussiendo, contrectando, nares irritentur, cautela,
venam fecramus, pedes sat profunde tepidam in
a Juan immittimus, ac, nisi vita sufficiant, ad ea,

quæ sanguinem cohibeant, externa remedia ascen-
dimus.

Quodsi vero, vel sub ipsa, quæ energica
fuit, sed in adynamicam nunc vertitur, epis-
taxi, pulsus vacillare, imminui, intermittere incipi-
at; si labia pallescant, oculi obscurari videan-
tur, extremitates frigescant; tunc certe, seposito
omni venæctionis consilio, sistere profluvium
conamur.

Si asthenicæ epistaxis causæ ac fida indicia
compareant; tunc tradita jam pridem curationis
generalia præcepta valebunt, ac potior in morbum
primarium causamque istius convertenda est attentio.
Sic gravissimæ interdum mulier parturiens hæmor-
rhagiæ per nares subjicitur; nec alio plerumque,
quam partus per artem celeriter absoluti auxilio
illa salvatur. Sic vermes, sic viscerum obstructio,
periculosa haud raro profluvia cruentis inducunt;
quæ aliam, quam causæ morbi primarii opposi-
tam, opem non admittunt. Quodsi vero cruentus
a methodo arceri recusat; — nisi forsitan linea vi-
rium jaðura conspicua, habitudinis contractæ ex
legibus, aut in alterius, consuetæ, sed nunc sup-
pressæ, excretionis supplementum cruentus fluat; linea
multis induciis, ad ea, quæ finem profluvio impo-
nant, extrema veniendum est. Hæc vero tum
alias ad partes, tum ipsas ad nares applicata, ef-
fectum ostendunt. Sub tanto scilicet nervorum
in vasa sanguinea imperio, & sub cutis exter-
næ tam inßigni cum ea, quæ corporis se caveis
insinuat, consensu, saepè illa, quæ exterius adhi-
bentur, conspicuam internas in partes actionem
exercant. Ipse hinc vulgus, immaturo quidem in
epistaxi hypersthenea; — sed proficuo sat
saepè in adynamica, consilio, gelidam ægrotis,
cum id minime exspectant, dorso alpergit. Profuit
in aliis, glaciem genitalibus contusam, aut nivem
apposuisse; ac vel solæ cucurbitulæ, hepatis
regioni, occipiti, impositæ, — quod non tam san-
guinem revellendo, quam sua in cutem sensibilem
luctio-

suctione stimuloque fecisse videntur, sanguinis pro-
fluvium ex naribus illico stitisse sunt vilæ. Itaque
cum eximio interdum in epistaxi successu frigidam,
aut lolum, aut cum acetō ac sale ammoniaco re-
mīstam, calvariae, fronti, nato, genisque, sæpius
renovandam, imponimus; nec inutili consilio tum
crura tepidæ immittimus, tum artubus fascias ap-
plicari suademus.

Sed & ipsi, quod sanguinem profundit, naſi
cavo, auxilia, fortiore ſub malo, applicantur ne-
cellē eſt. Hinc primum, frigidam; — ac ſi hæc
ſola non ſufficit, eandem cum alcohole ac ichthio-
colla, remīſtam, — & ipsum denique purissimum
alcohol, cruentas in nares vel attrahi, vel iujici
conveniet.

Cum vero, quæ liquida ſub forma in nares
inflantur, attrahuntur, injiciuntur, ſæpe citius,
quam agere ut poſſint, has deferant; hinc & ſili
ex linteis carpti, ſolutione aluminis, aut vitrioli
albi imbuti, vel turundæ, quibus pulvis ex alumine
ac ſanguine, ut vocant, draconis, vel ex aliis fi-
milibus, alumine ovi fulceptis, adhæreant, cavo
narium profundius immittendæ, ac longo ſatis tem-
pore, filo, quo extrahi poſſint, munitæ, in eodem
relinquendæ ſunt. Iphla interim turundæ in vafa
narium compressio aliquando hic magis, quam
involvens illas ſtypticum remedium, egille videtur;
ac interdum, cum iſtud, molliori turueda fulcep-
tum, nil poſſet; hæc lola, modo crassior magis-
que contorta, profluviū ſuppremit. Profluuit in-
terdum intestini partem ſuilli, quod primum in
aere ſiccatum, pothinc madefactum, ac uno ex-
tremo, ſili tenuis ope, ligatum eſt, in ipsum, quod
languinem fundit, foramen narium, ſpacillo duce,
demififfe. Hoc facto, inferiori, quod patet, ostio
intestini, frigida per sphynxerem injicitur, & hæc
ipha, ſuperiora narium verius, ut æquali ratione
interna comprimat, urgetur. Plerumque ſcilicet
vala languinea, in hominibus hoc morbo defunc-
tus, eam narium ad ſedem, ubi alia nali, dígito

plus minus transverso, ab iinis naribus cum osse committuntur, sunt magis dilatata, turgida: ut interdum, in viventibus, vel solo a digito compressa, mox sanguinem transmittere desiverint.

All vero nec ista interdum subsidia, cruentem, ex narium anfractu, quo turundæ pertingere non queunt, ruentem coercent. Quodsi tunc nari non anteriora penitus obturentur foramina; sanguis cum impetu majore ad fauces, posteriores per narium aditus, descendit. Hinc alia a chirurgis adhibita fuerunt, nec a medico his arduis in casibus ignoranda, subsidia. Scilicet utrumque illi ad nares aditum ita claudunt: ut sanguis, egressu privatus, polyposam in massam, seu thrombum, cogatur, ac vias, a quibus antehac aufugerat, sibi ipsi præcludat. Haec, vobis jam ab aliis exposita, methodus plerumque certe sufficit; sed in febribus asthenicis, in variolis, morbillis malignis, in scorbuto, haud raro sanguis, uno ex loco prodire impeditus, æquali, vel majore mox impetu per renes, intestina, uterum, aut ipsos per pulmones præcipitat; ac solis, morbo primario oppositis auxiliis, interdum, — nam saepius & ista deludit, frœnatur.

Cessante ex naribus profluvio, ægrotus, per longam satis temporis moram, in ea, quam injunximus, quiete perseveret; nec factum in naribus coagulum, quoconque demum modo, donec sponte separetur, removeat. Pro causarum, unde morbus descenderat, ac per virium, quæ convalescenti supersunt, diversa ratione, aliis ille atque aliis, tum diæteticis, tum medicis auxiliis tractandus est.

Cum vero opera tam facili, in junioribus præcipue, revertatur epistaxis, ut & illa, quæ primam violentiæ externæ occasionem modo debuit, jam exiguis a causis revocetur, & quodammodo neglecta, mox duro habitudinis imperio hominem submittat; oportet sane, ut qui salutis hoc ex morbo pericula quondam subivit, qua potest, industria, illius recursum præveniat. Non æquali vero his

finis intentione obtinebitur; sed prout vel activæ, vel pallivæ fuit in dolis profluviū, & pro corporis vel in illam, vel in istam proclivitate, ratio vivendi ad præcepta, quæ cuique ex dictis vel sponte patebunt, dirigenda est. In genere, quæ sanguinem præter modum accumulant, aut movent cum impetu, aut capiti uberior transmittunt, — vel quæ círculum per vasa abdominis præcipue, ac artuum æqualem intercipiunt; aut redditum croris jugulares per venas retardant; aut alias, naturales, ut vocant, consuetas excretiones subvertunt; ea summo, & protracto in longum cum studio evitentur oportet.

Suppressum forsitan præpostere ex naribus profluviū, pro varia morbi exinde generati natura, variam inedendi sibi methodum exposcit. Plerumque sanguinem ad nares revocare, fluxumque, imprimis si cerebri, oculorum inflammatio successerit, non omissis & aliis auxiliis, per illas restituere juvabit. Calidæ vapor aquæ per nares attractus, vel nasi levior contradictione, aliquando hoc præstant. Qui nares internas cum errhinis stimulando, aut cum penna ferratim incisa & fortius intrusa scarificando, hunc fluxum renovare contendunt: hi saepius majorem, quam prudenter optare potuissent, sanguinis jacturam inducunt. Hirudines modo duæ, externis narium foraminibus, quo magis hiant principio, appositæ, indicationi plerumque satisfaciunt, ac sanguinem pro lubitu arcendi occasionem, quod magni hic faciendum est, non tollunt.

ORDO III. GENUS II.***STOMATORRHAGIA.***

Frequenter quidem ex ore vel sponte fluit, vel screatur, expulitur, vel cum impetu rejicitur sanguis; sed non ubique tam facilis res laboris est, mox veram crux hoc ex antro venientis patriam indicare; ac saepe, cum breve modo ex faucibus iter ille absolvit, ab ægrotis, nimia formidine, perculsis, a pulmonibus venisse accusatur; aut cum sanguis revera ex bronchiis & trachea subdole ascendit; a medicis, incauta morbi non tam gravis sub prognosi, ex faucibus, stillasse prohibetur. Sunt adeo, qui, morbum epilepticum malitiose simulant, res coccineo colore imbutas ore volvendo, quasi cruentam, sub fictis convulsionibus, salivam profundant; ex quibus, quam multum intersit, ut suum cuique profluvio nomen, ac sua, quibus differat, ab aliis, signa tribuantur, luculentier apparet,

Definatio. Quod vero solius cavi, a labiis, genis palato, veli penduli a fornicata ac uvula, a tonsillis & faucibus circumscripsi, ac partium hoc in cavo positarum a valis propullulat,—hoc, **stomatorrhagia**, seu **oris haemorrhagia**, vocatur, sanguinis profluviu.

Differentiae. Sanguinem ex naribus haud raro refluere, — interdum, post capitis imprimis læsiones, internis ex auribus ad illas descendere, jam diximus. Ex ipso larynge, ex tra-

trachea, ex bronchiis, cruorem sub tussi rejectum, saepe nimis venire, — in aliis, ex ventriculo scaturire, ac vomitu expelli, res nota est omnibus. Cum vero sanguis tam diversis origine, & ex parte longinquis a locis, oris antrum inundat; non minus quoque ex partium dictarum superficie in sat multis ægrotis, in quibusdam periodice, propullulat; juvabit primum hujus species prolluvii præcipuas, — mox vero ea, quæ singulas ex ipsis concernant, & ab aliis distinguant, accuratius exponere.

Ac primo quidem venae labiorum generum que non parum in quibusdam dilatantur ac varices producunt. Duodecim ante annos, vir juvenis ac laute nutritus, has nobis Ticini, varices ad labium oris superius, conspicendas exhibuit. Universum hoc labrum quasi saccum ex tenui membrana formatum, sanguine pellucente referum, lividum, ac tam amplum sillebat: ut, ex alto propendens, oris ostiam impleret, ac labium inferius obtegeret. Plures hoc ipso varicoso e facco venæ, non tam turgidæ, quam planæ, latæ, ac lividæ, versus nasum ascendere, ac similes palati fornicem obsidere cernebantur, eximii tandem manu Viri, eo ipso cum facco labiali, feliciter, & quin sanguinem hucusque sua sponte sparsissent extirpandæ. Ad ovi adeo gallinacei amplitudinem, ad labium inferius, has varices, sectione non minus auferendas, increvisse, docemur. Ex venulæ ad internam ac supremam labii inferioris partem, varice, copiosum, per intervalla, cruorem stillasse, ægroti; haemorrhoidum simul fluxui subjedi, historia testatur.

Eadem buccarum ad internam superficiem contigisse, observationes, medicorum in fastis collectæ, confirmant. Ad malæ utriusque faciem internam in ægrota, cuius pater simili proflus morbo laboraverat, copiose varices ex improviso exortæ sunt. Has, ubi, dentibus disruptas, sugebat mulier; haud majores sequebantur molestiae; si vero hoc usus non esset auxilio; extensus, magis magisque tumor varic.

variccosus, ad ipsam usque uvulam, ut pars haec turgeret, livesceret, valdeque doloreret, extendi consueverat. Hoc ab ipso tumore ad fauces extenso, tum linguæ, tum pharyngis, laryngis interceptus functionibus, suffocationis non ratio imminuit, — uvulæ duntaxat ad apicem sectione illico removendum, periculum. Cibum ore revolvere, masticare, quin sanguis copiosus hunc omnem penetraret, ægrotus non potuit, ac vires hoc quotidiano a profluvio, cuius nullibi vestigia hucusque patabant, sic plurimas amisit: donec detecta, postremam ductus salivalis, in oris cavum patens, ad partem, varix, ferri demum cendentis auctoritaticecessisset.

Varicum magnarum per fornicem palati sparsarum mentionem jam injecimus, ac forsitan frequentius in isto, quam alio oris in loco, haec ipsæ nascentur. Sanguinem jam multos per annos rediderat adolescens, cui tandem, majore sub æstu, fine pectoris molestia, crux copiosus cum vitæ discriminè ex ore prorupit. Depressa cum specillo lingua, scaturiginem profluvii vir eximius ex faucibus hærere intellexit, ac injæcta aluminis solutione, feliciter occlusit. Interdum vero tum palato, tum genis internis, vesicae crux repletae succrescunt, ac istum, disruptæ, copiosum, certis nonnunquam sub periodis, effundunt. Tumorū albescientium, abscessus sub forma, palatum obsidentium, sed a facta sectione, loco puris, sanguinem fundentium exempla referuntur,

Gingivæ quoque sanguinem in multis copiosum profundere, ex scorbuti, alibi a nobis delcendi, historia imprimis patebit: stomachacevitii hoc genus dixerunt. Sed & alias ob causas, imprimis ob suppressas cruxis per uterum alvumque excretiones naturales, consuetas, plures interdum ad libras sanguis gingivarum e vasis varicosis prorupit.

Ex dentis recenter extrauti a velo insigne, apud multos profluvium cruxis secutum est, & ex

ex ipsa dentis, licet exigua & fere inconspicua, arteriola, ad mortem usque aliquando, sanguis levaturivit. Ad sex fere libras, una sub nocte, ex alveolo foeminae excelso loco natæ, tunc utero fermentis, cum dentem sibi, nobis quidem dissuadentibus, jussisset, sanguinem prorupisse conspeximus. Tertio, quinto, quin octavo, post dentis evulsionem, die, crux ex alveolo cum impetu & maximam ad copiam prorupisse visus est. Sunt adeo, quibus, dente nequaquam evulso, sanguis tamen, istum inter & gingivas, ab eodem quodammodo solutas, abunde, & magno cum periculo propullulat.

Nec minus ex lingua, conspicuis certe vasis instructa, sanguis interdum cum impetu, ac plurimus effunditur. Sub venæ raninæ, sub frenuli ad linguam sectione, laceratione incauta, arteriæ linguales illinc, hic vero venæ non raro, laeduntur, ac plenam periculi hæmorrhagiam patiuntur. Sub gravioris epilepsie insultu, frequenter satis lingua per dentes eidem infixos perforatur, aut adeo ex parte discinditur. Sub scirrho, tumore quovis, sub ulcere cancroso, scorbutico, scrophuloso, hanc partem comprimente, exedente, non raro varicolum venæ habitum assumunt, ac sanguinem ubertim eructant. Ex glossiti de gangrenam, ac lethalem ex ista sanguinis jaæturam observavimus. A dentibus ordine perverso dispositis, cariosis, acutis, vel sub incauta ciborum masticatione, non parum saepe lingua offenditur, ac sanguinis profluvio occasio præbetur. Similia ex calculis sub lingua generatis timenda sunt incommoda. Quo tempore hæc scribimus, ad linguæ viri sinistrum latus, sine causa manifesta, varicem unius diei spatio exortam, & ad pisces magnitudinem turgentem lividamque conspeximus: quæ varix vel sponte, ad alteram jam diem, disrupta, in exiguum ulcusculum, sine sanguinis iæatura lenibili, conversa est.

Sub scirro tonsilarum, frequenter venæ hujus partis varicosæ tumoris basin circumdant, aut illo per chirurgicam sectionem ablato, fundere cruentem, neglegitæ, aliquandiu continuant.

Sub ea, quam habitualē vocavimus, c ynanche, plerumque venæ per pharyngem dispersæ, indolem varicosam manifestant, ac levi excastra sanguinem efflant. In aliis, sine phlogosis præsentia, apertis vix faucibus, hæ pharyngis varices, quasi retis in modum dispositæ, mox oculis fistuntur, nec raro sanguinem vel sponte oris cavo affundunt. Fœminæ, cui sanguis per uterum ab oto jam annis non responderat, exemplum Vir magnus reliquit, ac sputi sanguinis frequentis originem in posteriore pharyngis pariete erofo deexit. Sine quavis erosione, sanguinem sat multum ex vasis pharyngis varicolis manifeste ac sæpius scaturisse nos ipsi conspeximus.

Non alia symptomata hæc oris diversa profluvia, quam illa, quæ epistaxis aut morbum, cujus forsitan effectum constituit, comitantur; ac sæpe sine ullo indicio sanguis oris cavum inquinat. Plerumque sub majore cruentis has ad partes appulsi, vel congestionē, dolor capitis, vertigo, faciei rubor, fulvus aurium, calor, titillatio, pruritus, tensio gutturis, oris, gingivarum præcedunt. Quo vicina magis laryngi aut copiosior est sanguinis effusio: eo potior exinde ad tufsum, supina imprimis sub corporis positione, excitatio subnascitur; aut, si ad pharyngem magis cruentus declinet, nausea, vomitatio sequuntur. Sanguinis adeo portio interdum, sub somno imprimis, ad stomachum defertur, ac vomitu, a novo sanguine ad fauces ruente, inducto, jam coactus a ventriculo, rejicitur. Hinc magna, ut diximus, hoc oris profluviū ab haemoptysi, aut ab ipsa haemate meli distinguendi difficultas apud multos, subnascitur. Interim plerumque vel sola oris, cum aqua sollicite sæpiusque repurgati, insperatio, mox fontem, unde sanguis scaturiat,

aper-

apertum ostendet; vel dispositionis, morbi prægressi, symptomatum, causaliumque attenta consideratio ad rediorem nos diagnosis perducet. Certiores de oris primario profluvio, reddemur, si capite ad anteriora converso, & ore declivi, & tussim & vomitum cessare, sed sanguinem nihilominus ex ore continuo stillare videamus. Nec facile spumosus hic sanguis, — ut ex pulmonibus, si paucus est, sub voce rauca, reicitur; — sed purus, coccineus, fluidusque, nec muco, nec salivæ tam intime commissus, exceptus aut effluit. Ipsæ quoque partes, unde sanguis profluxit, sumto cibo, vel potu, aut admoto gargarismate, ut nudæ, dolorem non raro persentiunt. Quæ alia demum signa stomatorrhagiæ ab haemoptysi, haematemesi distinguant, ex istarum tradenda mox historia ulterius patebit.

Inter causas profluviis cruentis communes, oris illud frequentius symptomaticæ, ut supra jam dictum est, producunt scorbutus, ac fluxus sanguinis alterius, naturalis, consueti suppressio. Hinc factum est, ut aliqui, vetustissimo a tempore, si, cruxis stillicidio per annum, morboso quidem, sed solito, ac forsitan periodico, cessante, sanguis nunc easdem ad leges ex ore prorumperet; nauseoso nunc satis haemorrhoidum oris sub nomine hoc profluvium salutaverint. Alias vero stomatorrhagiæ ad causas quod spectat, has passim sub ipsa specierum expositione jam adduximus, ac præcipuae inter istas, sunt: dentis aut caries profunda, aut evulsio, gingivarum a dentibus et istorum, ab alveolorum periostio separatio, violentia alveolis, mandibulæ, palato, linguæ vasis illata, maxillarum, palati caries, ulcer oris solidum, profundum, cancrosum, tumores, calculi in oris cavo generati. An quoque interno aurium ex cavo, per tubam in fauces patulam, sanguis in has ipsas interdum fluit?... Muci puris, saniei de-

descensus in morbis, verisimile id reddunt. Ab hirudinis ad fauces hærentis suctione aliquando hoc profluvium venisse, ut veteres dixerunt, quod facile croris in formam illius coadū portio incautos decipiāt, haud credimus; ac ipsa adeo, quæ hirudinem cum potu ingestam, a ventriculo venisse, ac fauces cruentasse refertur, suspecta nobis est recentior historia.

Symptomatica ex ore profluvia, eam, quæ morbo primario est propria, prognosia sequuntur; primariorum, quæ interim lat rara sunt, jam diximus, — & ex communibus principiis erucenda sunt, discrimina.

Cura. Generalia profluviorum curandorum jam tradita præcepta, ad morbum, de quo agimus tractandum sufficiunt; & quæ sanguinis, ex ore, alterius ex morbi affectu, jacturam concernunt: ea sub illius descriptione a nobis tradentur, curationis moimenta. Primum certe, & hoc in profluvio sanando, est causæ, ex qua illud proficiuntur, correḍio; alterum, in sauguine præter modum, ac virium vitalium cum dilercimine, prorumpente, fissendo versatur. Hunc ad finem, externa magis, quam interna remedia, seu chirurgica potissimum auxilia, conducunt. In genere, ablatis, quæ croris per vasa oris circulo, aut illorum contractioni resistunt, externis obstaculis, adstringentia, ut vocant, remedia, frigida, acetum acerrimum, solutio aluminis, vitrioli albi, sacchari saturni, vini alcohol concentratum, tum oris in cavo tenenda, tum loco, ex quo sanguis prorumpit, admovenda sunt. Vesicæ, cruore repletæ, ne suo volumine obsint, incidentur; — varices, quæ sanguinem eructant, vel ferro, vel cauterio actuali auferantur oportet. Cum vero ea, quam cauterium inducit, eschara, dum plures post dies a parte fauciata separatur, novo sanguinis profluvio non raro occasionem largitur; cauterio plerumque præferenda est loci, qui sanguinem profun-

fundit, suscepta, chirurgicæ ad artis præcepta, compressio; ac sæpius tum styptica fortiora, tum ferrum candens alveolo, qui sanguinem fundebat immissa, hunc minime fistebant; cum aut fili contorti, aut charta scriptoria sub dentibus contrita, vel emplastrum alveolo cruento ad perfectam plenitudinem, intrusa, ac vel proprio, & hunc ad finem detecto, instrumento, vel digito, vel aliter lat diu compressa, mox finem profluvio posuerunt.



ORDO III. GENUS III.***PNEUMONORRHAGIA.***

Si quis ea, quæ de oris profluvio cruento, seu, sputo, screatu sanguinis, hucusque sunt dicta, cum morbo, quo crux ex pulmonibus per tussim expellitur, contulerit: is haud congruo satis nomine haemoptysis nunc ultimum, qui minime in sputo sanguinis consistit, venisse, ac melius Pneumorrhagia, seu haemonorrhagiae pulmonum sub titulo describi, lubenter concedet. Semiotices diuturnæ infantiae adscribatur, si morbos origine revere diversos, profluvium scilicet crux ex trachea (trachorrhagia) atque illud ex pulmonibus oriundum, eodem Pneumorrhagiæ sub titulo, signorum, quibus differant, constantium & satis certorum inopia coacti, exponamus. Ipsi quidem pulmones a contigua trachea aliter vix differunt, quam numero ramorum, ac tela cellulari, divisionibus finibusque bronchiorum intermedia, spongiosa, & vasculis ditissima; sed major est hominis, qui sanguinem tracheæ, quam qui bronchiorum e vasibus amittit, a funestis exulterationis ac phthiseos effectibus imminutas; ac licet ipsa quoque aspera arteria hos interdum experietur eventus; ex justis tamen rationibus non æqualis utroque a sanguinis profluvio nos timor premit ac angit.

Qui fabricam pulmonum spongiosam ac laxam considerat; — qui visceris cordi tam vicini, arteriis

ris brevioribus magnisque, venis autem, haud tantæ diametri instruti, ac omni humorum massæ transmittendæ destinati nobilitatem summamque necessitatem perpendit, — qui facilitatem meditatur, qua in experimentis anatomicis, ex arteria pulmonali liquor in vesicularem pulmonis substantiam, & in alperam arteriam exhalat; qua vicissim bronchio injectæ aqua, ichthyocolla, in arteriam pulmonalem libi viam aperiunt; vel qua liquores tracheæ impulsi, in venam pulmonalem delcedunt, aut huic ipsi injecti, in alperam arteriam et vesiculas feruntur; — qui insignem, ac aeris folius attractui ferendo parem, bronchiorum sensibilitatem intuetur, — qui stratas huic organo insidias multiplices magnasque, quas patitur quotidie, violentias contemplatur; — qui demum consensum hujus partis cum aliis strictissimum mente revolvit; mirari is definit, si nullibi locorum, modo naribus exceptis, tam frequens, tam arduum, quam ad pulmones, profluvium cruentis occurrere dicamus. Est interim certa, quam rarissime hoc nali genus affludit, — alia, quam sat raro sibi subjiciat, ætas: infantum scilicet puerorum, ac hominum ætate proœctorum illa: quos nimirum, ad talia dilpolitos, alias ad partes magis divexant profluvia. Infantes sunt hoc morbo ætatis anni decimo sexto circiter ac trigesimo sexto intermedii: ac juvenes floridissimos, cute tenera & alba, fibra sensili, ac ingenuo felici instructos, præ puellis, menstruo modo fluxu dotatis, exitialis hic morbus libi metit. Sed nulla est ætas, quæ tanto generis humani hosti, aut comiti ejusdem, phthisi pulmonali, tributum cruentum non conferat, lexusque est nullus: ut pueros non minus, quam senes, streminas & que ac viros, fortes eodem ac debiles, furore, nunc citius nunc tardius mac-tatos doleamus. Sunt variæ, in quibus, præ aliis, dominetur hoc profluvium, — non semper aeris puritate inferiores eisdem, regiones. Sunt adeo certæ familiæ, quas, jure haereditatis, sane

sane flebili, sed magis solidorum, quam humorum ex vitio derivando, tum pneumonorrhagia, tum effetus, vel causa istius, phthisis pulmonalis, vix non integras, sub flore juventutis constitutas pessimident, ac milere extinguant. Sed & hoc sine titulo, qui, pueri, frequentius epistaxi laborarunt, qui corporis natura gracili, citius extensa, & collo impensis longiore, thorace angusto, compresso, & scapulis in alas quasi surgentibus instructi, genis roseo colore tinctis incedunt: hos certe, vel paucis modo exceptis, exiguae ob causas, & sanguinem expetore effundere, & pedissequo pulmonum ex ulcere consumi videmus.

Definitio. Est vero pneumonorrhagia, sanguinis sinceri, vel ex trachea, vel ipsis e bronchiis turgentis, fluidi plerumque ac spumosi floridique, sed & indolis alterius, praevio titillationis in faucibus, aliquando caloris, constrictio-
nis, doloris in pectore, sensu, per laryngem, vel exspirationis fortioris, vel tussis actione rejectio.

Divisio. Vel proprio ac primario ex vitio, vel morbi alterius effectu secundario, trachea, pulmones sanguinem eructant, ac utroque in casu, vel universi culpa systematis, vel localis modo affectionis imperio, crux funditur: ac primo in casu, aut ex auctis, aut ex de pres-
sis nimis viribus præcipitat. Exiguæ vero cau-
fæ, quod semel contigit, hoc revocant, ac ha-
bituale reddit. Prosluvii quoque alterius sup-
pressi vicarium hoc idem per di ce recurrit.

Est vero alia, de qua hic in longum differere non possumus, pulmonum hæmorrhagia: interna scilicet, qua languis hoc a viscere, thoracis in cava effunditur. In peripneumoniis raro non est, hydropem thoracis acutum, oriri, ac paucarum spatio dierum, copiosum simulque cruentum serum, pleuram inter ac pulmonem, ex ipsa istius superficie externa sudare. Sanguinem aliquando vix non sincerum hic reperimus; ac aliis quandoque in morbis crux rem repente in thoracem effusum,
per

per cadaveris sectionem, quin læsio vasorum manifesta pateret, deteximus. In juvene, cui tumor intumulatorius telesculi celeriter subledebat, hoc ipsum evenit obseruavimus; ac in Icorbuticis hominibus quibusdam, languinem in cava thoracis ex pulmonibus effulum reperimus. Nunc Iclicet vala hujus visceris externa rumpuntur, ac interdum aneurysma aut varix huic subflunt profluvio; nunc vomica, abscessus, ulcera, canales pulmonum languineos erodunt; nunc vero vesicæ, loco aquæ, cruento liquore repletæ, ad pulmonum superficiem exlurgunt, ac illum in cava vicina effundunt. In ipsum adeo pulmonum parenchyma sanguis aliquando penetravit.

S y m p t o m a t a. Non rarum est, & frequenter iu nobis ægroti retulerunt, sanguinem sine prævio ad pectus, aut aliam ad partem, molestiæ sensu, quasi tacite, tracheam ascendisse, ac modo larynge superato, faucium titillationem, oris saporem dulcem, aut fallum, induisse.

Frequentius interim signa profluviorum sanguinis prodroma, & quidem levis horror, lassitudo, ad faciem rubor calorque fugax, cephalalgia, spirandi levis, aut satis manifesta difficultas, tullis arida, anxietatis, visus interni, tensionis, ultionis, doloris sub sterno, ad dorsum, Icapulas, in pectoris profundo, perceptio, extremitatum refrigeratio, pallor urinæ, aliqua interdum febris, & cordis palpitatio, præcedunt.

Vix primo cruoris sinceri sputo ab ægrotis perspecto, succedunt multa, quæ hunc ad morbum absolute non spectant; sed ex terrore nascuntur, rectumve de indeole profluvii judicium non parum obfulcant, symptomata. Sed nunc stimuli ad fauces hærentis senius diram iterum iterumque tussiendi necesse est nolentibus imponit; cui, si paulo constantius resistant, aut exiguis conatibus satisfacere conentur; præviis ingrato ad tracheam sibili, aut stridentis materiae sonitu, dispnœa augeatur, ac demum, post majorem atmophæræ inspi-

rationem, totius pectoris convulsiva succussio ac tussis violentior subsequitur: quæ sanguinem, si modo paucas ad uncias, vel, minoribus ex vasis, lentius in bronchia effusus est, fluidum, coccineum ac spumosum, per vices, & aliqua ægroti concessa quiete, ex ore expellit. Si multus, & ex vasis conspicuis, majore cum impetu cruor in bronchium ruit; ex hoc, in alia, vicina, altiora, assurgit; ex istis, per ramos bronchiorum laterales, declives, in subiectam pulmonis affecti, aut etiam in lani, substantiam descendit, ac novo refluxu, sub summæ anxietatis ad præcordia sensu, violenta diaphragmatis actione, sed interdum sine tussi manifesta, & per solam quasi exspirationem fortiorum, torrentis ad instar, per tracheam, laryngem, per oris, & narum per ostia, tam fluidus ac floridus, quam partim concretus, obscurus, horrendo spectaculo præcipitat. Sub tanto cruoris ad fauces impetu, pars ejus, in pharingem regurgitans, vomitum, ut vidimus, violentum sæpe provocat, cibosque, forsitan ventriculo contentos, novæ sanguinis undæ, per tracheam simul expulsæ, commissos, expellit, ac validum medico, tussis ipsum aliquando per vomitum cruentum excitatæ, non ignaro, quo demum ex cavo sanguis scaturiat, dubitandi argumentum relinquit. Hæc dubia non minus in casu, quo tussis violenta præivit, ac, istius ob impetum, sanguis non modo pulmonum, sed simul narum e vasis expellitur, urgebunt; aut facile pulmo, ob nares cruentas, profluvii insons, cum magno judicii errore, declarabitur.

Sub insigni ac repentina cruoris ex pulmonibus jaætura, non rarum est, ægrotum illico, mori turi hominis aspectu, prosterni, pallere, extremitatibus frigere, convelli, ac asphyxiæ sub specie detentum jacere. Nec desunt, illorum imprimis, qui, somno profundo sepulti, vel debiles, ac supino in situ collocati, sanguinis, tracheam majori, quam larynx transmittat, irruentis ab unda suffocati perierint, exempla. Interim sub animi deliquio,

quio, hoc etiam profluviū compescitur interdum; in aliis, ejēcta sanguinis portione moderata, modo paucas post horas, alia aliaque non raro sublequitur, illa major; ac sēpe plures per dies, sub febre plerumque manifesta, sub pulsū duro, contracō ac celeri, sub pectoris dolore, angustia, sub cephalalgia ac facie rubicunda, sub frequente ad tussim stimulo, sanguineæ adhucdum aliquid matteræ, nunc floridæ, nunc vero, in plurimis, obscuræ ac bruneæ, nunc muco rosei coloris sub specie remissæ, rejicitur. Plerumque sanguis sub initio hujus mali, vel paulo tardius, ob novas a profluviō insidias, emissus, corio obtegitur satis firmo; & quod indolem illius, a phlogosi mutatam, in multis sane casibus, ostendit; est febris, tussis, dispnœæ, a sanguine emisso pertinaciter subsistentium, de latente in pulmonib⁹ inflammatione, ac ulcere futuro plena periculi significatio.

Sunt interim non pauci, qui sanguinem e pulmonib⁹ persæpe, ac certas ad periodos interdum, sine tantis molestiis, vel prorū sine febre, ac alia pulmonum labe, lat diu, vel & longam per vitam, immunes eructent; ac certe timor hoc a profluvio, quam ab omni fere alio major, limites haud raro excedit, multisque ægrotis, nunc sanguinis missione, ubi minus convenisset, nunc adstringentibus auxiliis p̄t̄postere tractatis, funestus fuit. Sequiore in sexu, cui uteri cruenta secretio aut minus respondet, aut prorsus intercepta est, ac ipsis demum in gravidis, — in viris, fluxu hæmorrhoidum habituali destitutis, haud raro crux pulmonum ad vasa sat placide, sub debitis periodis, easdemque ad leges, ac pridem ad uterum, vel ad anum, colligitur; ac vel ex ostiis venarum, ut credunt, dilatatis, vel, quod nobis verisimilius videtur, arteriarum exhalantium e finibus, secretionis cruentæ menstruo beneficio, ac visceris sine labe conspicua, scaturit. Virginem, cui menstrua jam longo satis tempore defuerant, ad clinicum institutum Ticiane, ob febrem, qua tunc laborabat, sulce imus.

Hoc morbo jam prorsus devicto, cum, præter nostram exspectationem, asthmatica affectio ac tussis cruenta in conspectum venirent, ipsa nos ægrota, sibi talia, singulis a mensibus, jam diu contigisse, ac largam latitatem cruris quantitatem per pulmones, loco fluxus uterini, sub solitis quondam periodis, fine alio salutis detrimento prorupisse, admonuit. Cum interim consueta majorem spirandi laborem acculareret, pulsusque plenos, vibraentes ac frequentes puella, aspectu sat robusta, offerret: venam, — ne medicam sexus fæminei theoriam offendarem, ex pede aperiri est jussum. Hac vix aperta, ac paucis modo uncis cruris eductis, ob dolorem epigastrii insignem derepente exclamare, — hoc vero, post pauca minuta, ut vocant, secunda, illico cessante, — de summo ad uterus cruciatu ululare, ac altas movere querelas incepit, & eodem quasi temporis momento, sanguis per uterus quiete effluxit; ac tam felici eventu, ut & tussis cruenta, & asthmatica affectio extemplo disparuerint, excerni continuavit. Credebamus tunc saphenam a nobis casu fortuito, eo ipso, quo sanguis vel sponte ex utero venisset, tempore secum, — ac redditam pulmonibus libertatem, restituti fluxus menstrui, non venæctionis, effectum fuisse; sed aliter nos docuit rerum successus. Scilicet cum, altera jam die, menstrua cessassent; pristina pulmones oppressionem invadere, ac sanguis sub tussi expelli cœpit. Hinc iterum, non parum attenti, ad venæ pedis sectionem consilium convertimus; ac eodem quam hesterno, eventu ac ordine, vix fluente ex vena sauciata cruro, summus primum epigastrio, mox utero, dolor redivit, sanguis illico ex vagina profiliit, ac pulmonum difficultas, atque simul cum ista profluvium morbosum, disparuit. Ne vero auxilii hoc genere, futuris forsitan hujus mali sub periodis, cum systematis totius detimento, abutetur ægrota, nunc suis restituta; ut pedes tunc profundius in tepidam immergeret, consilium proximus; ac, ut nobis ab assistente huic virginis medico

dico relatum est, idem hoc consilium eventus, donec salus in integrum rediisset, aliquoties coronavit.

Sed & alia est ratio, cur sanguis, non æquo semper per laryngem ruat periculo: scilicet, quod ille non ipsorum e vasis pulmonum, sed ex iis, quæ tracheam percurrunt, frequenter aufugiat. Non sine magno rationis fundamento suspicamur, partem hominum fere maximam, qui sanguinem sive pectoris aliqua molestia aut sensatione ingrata, ac sine alio salutis incommodo, per laryngem frequentius eruttant, hunc non adeo ex ipsis pulmonum quam tracheæ aut laryngis e vasis oriundum profundere. Quodsi cruxis spuma in multis indoles contrarium indicare videatur; sufficit cogitasse, quod & sanguis trachealis, si conspicua satis copia suis a canalibus profluxerit, facile profundiora pulmonum in bronchia præcipitet; nec alia, quam tussis repetitæ actione, cum aeris portione conquassatus, per tracheam urgeri queat, & per laryngem tam alto in loco positum expelli. Multos certe, qui modicum cruxem subtus non magna per laryngem reddebant, ardorem fixum, titillationem, aut sensum læsionis ad asperam arteriam accusare, locumque unde sanguis scaturiret, ad istam indicare audivimus. Sunt adeo, qui sanguinis portionem, quin violentæ exspirationis, ac venientis a tergo undæ majoris per impetum pelle-
retur, sine tussi manifesta evacuent; ac saepè nobis visum est, acsi strata tracheæ muscularia cartilagineis licet circellis, majore ex parte, circumscripta, sanguinem propriis e vasis modice ac maiore sine impetu stillantem, ex annulo, limbo inferiore ad interna retracto, superiorem in annulum elevare, ac sensim laryngi adducere valerent. Ipsius certe œsophagi fibræ musculares cum cibis subliquidis ruminante in homine id præstant; & qui tracheam, proprias per fibras, non modo ardari, sed & brevius in spatium reduci intellexerit; is mo-

tum a nobis indicatum ac retrogradum, quam ipsa experientia confirmat, vix in dubium vocabit.

Quodsi vero cruentum e larynge, sine tussi ac perioris molestia, sub titillationis, caloris, unctionis sensu ad unam modo eandemque tracheæ regionem defixo, venientem, ex aspera arteria magis, aut ex ipso larynge, quam ex pulmonibus scaturire credamus; non tamen ideo tussis hac profluvi sub specie præsentiam pro pulmonalis hæmorrhagiæ indicio sat firmo declarabimus. Scilicet, qui copia quodammodo majore, aut cum impetu tracheæ ex vasis prorumpit, cruentus facile, quod supra jam monuimus, in bronchia, suo pondere, descendit, ac tussim nunc excitat. Sic & solius tracheæ, laryngis, irritatio, provocandam ad tussim jam sufficit; ac saepe ipsius pulmonis affectio localis, sensum in trachea ac vocis organo morbosum, quin vitium his ipsis in locis subsistat, inducit; quæ singula, quam dubium saepe ac incertum sit hic morbi de vera sanguinis scaturigine iudicium, luculenter ostendunt. Interim si cruentus, quin pneumonorrhagiæ symptomata, aut, causæ præcesserint, sub sensu tracheæ descripto, sine tussi, vel levi sub tussicula, & motu exiguo per laryngem regurgitet; si paucos post dies, tracheæ ardor cum ipso cruentoris fluxu dispreat, quin tussis, dispœa cum febre, superveniant; si ægrotus jam longum per tempus hoc profluvio, quin labis in pulmonibus indicia succederint, laboret; tunc certe spes magna est, tracheam, non vero pulmones hunc sanguinem dedisse. Cruentum modo paucum ex vasis asperæ arteriæ minoribus effluere, ex ipsis vero pulmonibus multum, — sine ullo rationis fundamento est dictum; ac sicut exigua interdum sanguinis ex bronchiis rejecti est quantitas: ita ex venæ varicosæ vel arteriæ trachealis laesione, vel ex carotidis aneurysmate in asperam arteriam contiguam aperto, quamplurimus sanguis ex ista prorumpit.

Causæ. Haud opus est, ea, quæ diximus hic loci repotere; sed juvabit nihilominus præcipua,

pua, quæ pectori infidias struunt, indicare. Huc igitur imprimis spectant: violentia organis spiritibus illata, vulnera, contusio, percussio, compressio, coardatio, depresso, mala conformatio thoracis, fractura sterni, costarum, nixus fortior sub partu, in elevandis ponderibus, in alvo duriore deponenda, tubarum, fistularum, inflatio, oratio, vociferatio vehemens & longa, clamor altus, imprimis sub ira fortiore, cantus acutior, profundior, protractus, corpora peregrina in tracheam illapla, tussis violenta, ferina, fumi, vapores nitroli, sulphurei, alii, cum aere inspirati, sternutatio impetuosa, risus effrenis, exercitium violentum corporis sub cursu, lucta, equitatione, vestitione per loca laxosa, pilæ lusu, pulmonum per morbos prægressos debilitas ac sensibilitas major, ut puta per catarrhos, peripneumonias frequentes, congelationes sanguinis, alia per loca ad leges naturæ, habitudinis, effluere impediti, per insultus asthmaticos, per phthisin, ut vocant, pituitosam, inducta; dispositio scorbutica, hæreditaria, nativa ad phthisin pulmonalem; tumores in pectoris cavo, aneurysmata cordis, vasorum majorum, pulmonium, steatoma, vomica, tubercula pulmonum, induratio unius ex ipsis, varices, hydrops pectoris, pericardii, empyema, calculi, materia topacea, calcarea in bronchiis concreta, virus venereum, pulmonibus infestum, herpetum, impetiginum variarum subitanea suppressio, ac similis ad pulmones morbosa secretio; abdominales infartus, viscerum, imprimis hepatis, lienis, uteri moles aucta, tumores scirrhosi, adeps multus, vel aquæ abdomine collectæ; spasmi abdominis, extremitatum refrigerium, balnea frigida, veste arctiores imprimis thoraces angusti, ac singula demum illa, quæ stimulum pulmoni admovent, & cruentum cum impetu alliciunt; aut eundem alias per corporis partes distribui impediunt, ad vala pulmonum urgent, ac localem hoc in viscere plenitudinem induunt. Venerem præcocem, aut, nimiam, im-

primis onaniam, pulmonibus haud parum insidiari, multorum, qui hac ex causa nimis exhausti languenti sputarunt, ac tandem in phthisi delapsi sunt, funera confirmant. Fœminæ nobis exemplum oblatum est, quæ, licet corpore hucusque firmo ac bene nutrito dotata, quoties tamen veneri æstivis sub caloribus paulo ardentius infervit; toties cruentem illico e pulmonibus eructat.

P r o g n o s i s. Ex dictis diversa pneumonorrhagiae pericula, maxime si ejusdem ad causas respiciamus, jam satis eluent. Scilicet in prædispositis ad phthisin pulmonalem hominibus, in quibus tubercula plerumque, aut nativa vasorum pulmonalium teneritas, sensibilitas morbosa, profluxum inducunt, spes modo pauca restituendæ, constantis saltem, salutis affulget. Si per omnem puerilis aetatis periodum frequentius per nares, — sequentis vero ætatis per annos jam saepe per pulmones cruentus profluxerit; ne facile mutantari habitudo hæc possit, & ne labem hujus visceris inducat, justus est timor. Verebimur & illud, quod febris, pectoris angustia majorque molestia indicabant, comitantur profluxum, imprimis copiosum; sed magis hoc verebimur, si febris, tussis, dolor, dispnœa, cessante jam cruentis effluxu, per plures adhuc dies continent, ac lenta quasi febris tabisque pulmonalis symptomata succrescant. Tristissimus est status, cui maximo cum impetu cruentus plurimus, coccineus, sub ebullientis quasi, in cavo thoracis profundo, aquæ strepitu, ex trachea per vices præcipitet, cui extrema frigere, vomitum, lipothymias repetitas nec tamen fluxum cruentis cohibentes, convulsiones succedere videamus; vel si causas istorum, quas minime auferri licebit, subesse noscamus.

Non tamen ultra, quam par est, & quam experientia jubet, hos timores, cum damno ægroti, extendi oportet. Gravidæ mulieres non raro, donec partum absolverint, sine tantis, si modum res habeat, periculis, sanguinem ex trachea eructant.

tant. Fluxu menstruō orbae fœminæ, ut diximus; — puellæ necdum rectius menstruatiæ, frequenter sub debita periodo, cruentem pulmonib⁹, quin multæ compicuam abhinc noxam experiantur, excernunt. Idem de hæmorrhoidibus virorum suppressis, ac in pulmonum profluvium mutant fluxu aliquando, — sed ut nostræ obseruationes loquuntur, raro admodum, diocentunt' est. Sub pulmonum inflammationibus, sæpe sanguis fat multus, quin haemoptysin vocassent, ejicitur, ac si modice id fiat; meliore id sorte; quam si nulla quidem sputa expellant, contingit. Ab illata thoraci externa violentia, sanguis perfœpe, sed multis in calibus, sine eo, quod causa est interna et attulissent, rerum diserimine, per tracheam profunditur. Nec minus in robustis hominibus, corporis exercitio parumper violento, aut potui spirituolo aliquantulum indulgentibus, sanguis interdum ex trachea, pulmonibus, quin ideo vel redeat hic fluxus, vel labes ad istos remaneat, regurgitat; ut igitur, si tam atro hic morbus carbone noteatur; id maxime ex eorum, qui ob prævia in pulmonibus tubercula, vel ob infelicem ex parentibus, a nativitate, dispositionem, profluvii hoc genus patiuntur, frequentia, — vel demum ex ipso medicorum, immaturo, hunc fluxum, vel quovis in calu, ac illico cohibendi conamine, derivandum sit.

Qui ex trachea, aut e larynge duntaxat, ascendit, crux: is, si modo certa sit satis diagnosis, minori omnino, quam qui ex bronchiis venisset, cum diserimine prodibit. Interim si gravior vaferum lælio, vel causa solidis viventibus pertinaciter adhærens & in ulceræ maligna proclivis, subfuerint; phthiseos, quam trachealem vocamus, & quam alibi describendam reservamus, exempla non defunt.

In cura pneumonorrhagiæ, primum ad generalia, quæ pro omni sanguinis profluvio tractanda

do proposuimus — præcepta, & maxime ad eas-
fas, quæ crux rem suis e vasibus provocarunt, respi-
ciendum, atque alia sub ipso cruxis effluxu, alia
post absolutam sanguinis rejectionem, ac alia de-
mum ad impediendum istius regressum, transitum-
que in morbos pedissequos, via ineunda est.

Hinc sub ipsa hujus morbi invasione, primum est, ut festinante quidem, sed cauto satis, nec turbato, per asperatum periculi, oculo, mox indolem ægroti, causarum prægressarum, latentium ipsius habitum modumque profluvii, vires vitæ superstites, ac eorum, quæ timenda sunt, seriem scrutemur. In genere, oportet, ut ægrotus mox vestibus ac cingulis, quæ comprimant, spolietur; ut corporis positionem erectam observans, subfri-
gido in aere degat; ut corpus vel minime moveat,
ac ab omni prorsus vociferatione abstineat; ut mentis in eodem agitatio, quo fieri id licet, modo, componatur; ac tandem, ut potum calidum, vel & talem, qui fauces ad tullim extimulet, ut nimis acidum, evitet.

Si juventutis sub flore constitutus, robustus, ac laute nutritus est æger; si alterius suppressio cruentæ excretionis, validum exercitium, spirituorum abusus, præcesserunt; si moderato cum im-
petu sanguis per tracheam assurgit; si, uno ut verbo dicamus, hyperithenia subintrat; tunc, et si pulsus, ob terroris rationem, contracti, ac facies pallore obducta sint; ab illis, quæ stimulent, vel quæ sanguinem cohibeant, abstinentem, & crux ex brachio, sat ampla venæfessione, mit-
tendus est. Si arteriæ ab initia, assurgent magisque vibrant; si febris, dispnœa, ardor pectoris, simul id jubeant; tunc ad idem auxilium, sub viatu te-
nuissimo, ac remediis vim nimiam vasorum mode-
rantibus, recurrimus; alvum adstrictum cum cly-
stere movemus, ac simul tepidæ, — ne tamen ma-
gis hæc irritet, quam sanguinem revellat, profun-
dus immersimus.

Aliter, si plurimum jam sanguinis **ex** pulmonibus amissum, & hypersthenia sic passu celeri in astheniam mutata est; vel si ex causis prægressis habituque subiecti, adynamica videtur profluvi indoles procedendum, ac ut sanguis fistatur, quærendum, hinc de crurore mittendo vel minime cogitandum est. Majore sub malo, brachiis cruribusque circumposita super cubiti ac genuum articulis ligatura, potus frigidus, ac sensim gelidissimus affatim, ac ad brevia intervalla, moderata quantitate, haustus, vel, majora sub mortis, a croris subitanea jactura, periculo, glacies contusa thoraci admota, apud multos cum felici effectu adhibentur. Ad stringentia sic dicta, ab aliis, hoc sub casu, prodelle, — ab aliis, nocere, referuntur. Scilicet, quæ, sub majore jam asthenia, nimis exstimalunt, minime convenire hic possunt; sed ea, quæ gradui illius adaptata sunt, ab initio, mitiora, ac, ascendendo, sensim potentiora, excitantia opportuna sunt. Nisi tussim adaugeat, acidum sulphuricum, cum æquali parte alcoholis remistum, cum frigida, cui simul mucilago gummi arabici, vel radicis salep decoctum supperadita sint, propinandum est. Herbæ digitalis purpureæ infusum, ex scrupulo uno ejusdem paratum, cum aqua cinnamomi simplici, guttis quindecim, virginiti, tinturæ opii, & grato simul syrupo, haud rara conducunt. Si dispnoea non urgeat, corticis peruviani extractum, cum aluminis portione, vel serum lactis cum alumine paratum, ac similia, prudenter præscribuntur. Hoc modo aquam vulnerariam Romanam, qua Insubri toties in activo abutuntur, in passivo profluvio aliquid præstitisse, ipsumque alcohol, cui certe nitrum adjectum efficaciam non dedit, profuisse, minime negabimus. In eo certe, quod sub scorbuto, sub febribus asthenicis, ex vilceribus contingit, croris profluvio copiosis experimentis virtutes vini comprobatae fuerunt. Urticæ succus, qui tanto quondam inter

Ita.

Italos in usu fuit, vix ullo effectu stipatur. Refractas, emiticorum, imprimis ippecacuanhæ, doses, in passivis profluviis jam laudavimus; & oportet has caute, ac ne vomitum promoveant, porrigerere. Ipsa quidem emetica interdum pulmonum cruenta profluvia, imprimis si gastrica colluvies hæc produxisse videbatur, profuisse, a claris in arte Viris est dictum; sed super igne doloso ac cineribus testo hic incedimus; nec tanta nobis causarum certitudo concessa est, quin ipsa ventriculi subversio, profluvi pulmonalis effectus, ac emetici praescripti actio lethalis esse queat. Si spasmatica affectio, imprimis, abdominalis profluvio pulmonum occasionem dedisse, vel ipsius laryngis convulsiva irritatio, ac tussis abinde inducta, cruoris profusionem adaugere videatur; tunc oleum lini, amygdalarum, emulso arabica, cum hausto, ut vocant, narcotico mista, ac similia per alvum injecta remedia, potiore effectu prescribentur. Si menstrua purgatio, aut haemorrhoides suppressæ, cruoris ad pulmones affluxum majorem ac profluviū inducerint; hirudines pudendis, vel ano applicari, a multis jubentur. Aethenica interim pneumonorrhagiae, cum subest, conditio, ac ipsa revulsionis, illo cum auxilio facienda, incertitudo, huic methodo haud favent. Aquæ vaporem ad cruoris per vasa recti intefini egressum promovendum, si consuetæ leges periodi, sic jubeant, adhiberi non obsumus, magis tamen, vel hoc in casu, vel si viscerum abdominalium obstrutio cruoris distributioni morbosæ ac pulmonali profluvio subesse videatur, ea, quæ hos demum obices solvant, remedia radicantur. Si forsitan secretio morbosa ex rheumate, herpete, &c. teneram bronchiorum superficiem irritaverit; tunc præter oportuna huic morbi causæ remedia, emplastrum vesicans aut sterno, aut loco scapulis intermedio appositum profuisse est visum.

Sanguinis ex pulmonibus ab soluto profluvio, in corporis animique imposita quiete perficit ægrotus. Sæpe tussis hunc sicca nihilominus diveniat; aut sanguinis jam bruneo, subnigro colore instrudi, concreti reliquæ, hinc inde striis saceri cruoris notatae, per illam rejiciuntur. Vaporem aquæ, ut citius corrupta hæc materies a bronchiis secederet, laudavit vir celebris; sed caute, post magna ex pulmonibus profluvia, ne sanguinis hoc ad viscus congestionem, vel affluxum majorem, stimulando nimis, renovemus, ac ne trombus, qui loco bronchiorum lauaciato adhaeret, citius, quam par est, separetur, incedendum esse monemus; nec lecurum est illorum, qui arnicam, ut sanguinem stagnantem resolvant, adhibendum esse volunt, consilium. Quodsi tussis reliqua, cum dispnœa, ac febris hyperæthnicæ indiciis incedat; tunc, sub viðu adhucdum tenuissimo, sub potu ex sero lactis, laðe, ut vocant, ebutirato vel ex hordei decocto, cum mellis portione remisto, moderata ac, si vi morbi id exigat, repetenda, venæsecchio, aut cucurbitulæ scarificatæ, ac blanda per alvum evacuatio, conducent. Si nulla pulmones phlogosis tenere, statutusque altheniæ subesse videatur, ac tussis arida, molesta, sub solis occasu increscat; tunc emulsio arabica cum opii portione indicabitur. Ubi sex circiter, vel septem per dies febris exulaverit; alimenti ex farinis oryzæ, hordei, avenæ, cum jusculis ranarum, testudinis, pulli, aut vituli, decocdis, vix tepidi, portio moderata, quovis vere bihorio, concedenda est. Post profluvia asthenica, ac sanguinis viriumque notabilem jaðuram, tantus, ac tam protractus in longum rigor, sine damno jam exhausti nimis ægroti non foret; ac præter chinæ infusum frigidum, decoctum, cum emulsione arabica remistum, viðus magis nutriens, quantitate quidem exigua, sed omni sere hora, ex pane, cum jusculis carnium diatarum decocto, su-

per-

peraddito interdum ovi vitello, porre~~ctus~~us, re-
quiritur.

Atque sic infusum hujus morbi transitum in
alium, seu in lethalem plerisque phthisin pulmo-
nalem, apud multos feliciter avertimus. Sed ni-
hil sola medicina, nisi ipse sibi consulat, & a cau-
sis hujus mali, tam facile reddituri, sibi caveat
ægrotus, proficiet. Parum adeo utriusque contami-
na auxilii saepe ferunt, si exitialis quemquam ex
parentibus prædispositio tenuerit; ac integras nos
quoque familias, quocunque demum modo viven-
di uterentur, præredente plerumque, — ut signum
certe magis, quam ut causa primaria, cruento
pulmonum profluvio, in tabem, ex ulcere istorum,
lethalem præcipitatas doluimus. Est interim non
spernendum pro multis, in præceptis, quæ sub
tractato de phthisi exponemus, cum virili con-
stantia adimplendis, vitæ præsidium; & quæ ex
illis in genere huc spectant, in eo sunt posita: ut
ægrotus a pneumonorrhagia convalescens, qua de-
mum ratione licebit, aeris imprimis, nec frigidi-
nimis, nec montani, nec variabilis admodum, sed
per amplam planitiem spirantis, rusticani, delec-
tum insituant; ut vestibus nimis arctis, tenuioribus,
æstivis, renuncians, a pedum imprimis & a cutis
subitaneo refrigerio sibi caveat, ac omnem catarrhalis
affectionis occasionem sollicite evitet; ut corpo-
ris exercitio moderato, vel nave, vel equo, ma-
tutinas ad horas suscipiendo, fruatur; sed ab eo,
quod violentum est, a nixu quovis, ab acclivium
ascensu, a clamore & cantu, tubarum inflatione,
ac longa vociferatione, — ab illis, quæ motum
cruoris valide accelerant, alimentis, potulentis.
veneris illecebris, animi pathematibus, abstineat,
ac maxime, ut omne in causis internis, quæ mor-
bum jam pridem excitarunt, fugiendis, corrigen-
dis, eradicandis, consilium mature convertat. Tam
multiplex ac inter se diversum hoc est, ut in fin-
gula, quæ huc spectant, desendere nequea-
mus;

mus; sed generatum hic monuisse sufficiat: nunc omne systema, — aut per ea, quae solidorum vim nimiam vitalem infringant, nunc per illa, quae nimis languidam intendant, auxilium expetere; — nunc vero pulmones, aut partes alias, vicinas, longinquas, mechanica actione, vel consensu in pulmones imperantes, vitium locale corrigendum offerre; nunc autem utrumque hinc inde concurrere, aut methodum, ut ipse morbus complicatus est, compositam exigere.

ORDO III. GENUS IV.***HÆMATEMESIS.***

De *Vomitu* quidem, cuius indolem sub quarta hujus libri sectione exponendam reservamus, hic modum ex professo agemus; interim, cum sanguinis profluvia ex ventriculo per vomitum hinc inde contingant, *hæmatemesis*, seu *vomitus cruentus*, historiam hic omittere nequimus. Non quidem eo de sanguine hic sermo est, quem homines, vel ex ore, naribusque venientem, ac sub somno ad ventriculum deductum, vel alimenti sub specie assumtum, vel, opinione superstitionis delusi, ut a morbo epileptico se liberent, ex hominis capite truncati arteriis salientem, cum adhuc fumaret, epotum, vel ad fraudem, ac ut morbum de quo agimus, simularent, exhaustum, per œsophagum rejiciunt: sed agitur de morbo, in quo, crux ex ipso abdominis cavo per ventriculum regurgitat, ac plerumque per œsophagum ascendens, sub vomitu, ex ore, fœtidissimo spectaculo rejicitur. Est quidem ubi sanguis maximo cum impetu, ventriculi aut aliis ex vasis, ac tanta quidem copia, ut illico mors ipsa sequatur, præcipitat, ac nullum sic profluvii externi signum in viventibus compareat; sed rarius hæc ita contingunt, atque tunc, sicut vitæ servandæ, ita morbi cognoscendi, nisi sectio pathologica hos, sero nimis, eventus illustrat, amittitur occasio.

De-

D e f i n i t i o. Est igitur hæmatemesis, sanguinis proprii, ex ventriculo, aut partibus vicinis, contiguis venientis, — nunc fluidi, rubentis, nunc in grumos concreti ac atri, nunc sinceri, nunc rebus ingestis, aut contentis remisti, diluti, post naufragium, post oppressionem, tensionem, ardorem epigastrii, laepius post instantis lipothymiaæ sensum, — per vomitum, sine tussi primaria, ac laepe per alcum simul rejectio.

S y m p t o m a t a. Rarius hoc profluvium quam alia cruenta prolluvia, nec ipso quidem micatu cruento excepto, — frequentius in Iexu sequiore, adukto, quam in viris, nisi fluxu quondam hæmorrhoidum detentis, occurrit. Plura interim nobis hæmatemelis exempla sub artis medicæ longiore exercitio oblata sunt; ut igitur sinceram ac naturæ fidelem & hujus morbi imaginem hic declinare valeamus.

Pubertatis ante tempus hæmatemesis observare, licet pauca apud alios exempla non defint, ne cum nobis datum est; nec in senio eandem, quamvis illa minus raram, si modo virum genueniem, sexagesimo jam anno superiore excipiamus, conspicimus. Pars maxima ægrotantium, trigesimum & quinquagesimum inter annum hoc, profluvio laborat; sed puellæ non minus, quam fœminæ, quo semel tempore menstrua prodierunt, hoc fluxu interrupto imprimis, vel quavis ætatis periodo, æqualiter ratione hoc a morbo plectuntur. In puella Bruch-taliensi leptem ac deceni annorum, — in fœmina Ticinensi annorum viginti, hoc profluvium tractavimus; sed plures ex illis, qui æratem juvenilem luperaverant, numeramus. Hypochondriaci, animoque ad tristitiam, morositatem compositi, alpecus pallidi, subflavi ac fere terrei, homines, ac inter istos, qui studiis profundis, corporis exercitio necessario privati, intensius indulgent, ac cibos, quos stomachus averlatur, potu generoso calidoque supplerre conantur, præ aliis, huic profluvii speciei subiecti vivunt.

Per plures vero annos, haud paucis hæc mala parantur. Variæ his, prævia in plurimis fluxus aut menstrui, aut hæmorrhoidalis suppressione, circa præcordia molestiaæ, angustiæ, tensiones, opresiones, dolores cardialgici, aut ad sinilitrum hypochondrium, aut denique ad ventrem, in aliis ad lumbos, aut integrum columnam vertebralem, nascuntur; ciborum, nunc præter modum increvit, nunc deletur desiderium; nauseæ, vomititiones, vel & vomitus aquosi, acidi, interdum salivatio, singultus, respiratio luspiriosa, cordis palpitatio accedunt; flatus multos, inodoros, cum levamine, vel & aucto sub dolore, per œsophagum eructant, nec raro singularem instantis quasi lyphothimiæ fensum accusant; quæ symptomata, cum nunc in totum dispareant, nunc æquali violentia, vel dum cibos vix hauserunt, vel coctionis sub opere, recurrent; pro ventriculi plerumque inertia, vel pro affectione spasmodica declarantur. His ærumnis, liquores spirituosos, ardentes, aromata, vel & aloë conjunctos, potumque coffeeæ ad nigredinem saturatum, opponunt; vel medici incauti, de copia faburrarum ad ventriculum hærentium somniantis, improviso consilio utentes, emeticum, aut purgans, quod tenacem, ut ajunt, pituitam expellat, remedium, — quibus pejus venenum forbere vix possent, epotant. Vel scilicet ab istis, molestiaæ in immensum augentur; vel ipso sub vomitu, sanguis cum impetu, ad mortem usque hinc inde, ex ventriculo præcipitat. Sic virgini vir audax pulverem Cornachini, ac radicis jalappæ, hos ad stomachi ardores, dolores, præscriperat: eodem, vix ab horula, assumto, mox tanta cum violentia crux ex ore per vomitum prorupit: ut, cum ad ægram, accersitus, properasset; per fluentem, a ledulo, cubilis ad limina, crux gressus absolvere debuerim. Sunt, qui, prægressis, quos diximus, ad epigastrium, hypochondria, ventrem lumbosque doloribus, ac syucopis imminentis sensatione, materias atras, corruptas, sanguinolentas per anum, vel

vel priusquam similes per ventriculum expellant, vel adeo quin vomitus cruentus sequatur, sub cruentæ magis diarrhœæ aspectu, excernant; ac interdum, ab hac sola jam nimis exhausti, sub continuis lipothymis, sub pulsu exilissimo, ac frigore marmoreo, vel denique convulsi, moriantur.

Alios, non tamen multos, hoc prosluvium ventriculi cruentum ex improviso quasi, aut saltem sine præviis ad epigastrum molestiis, adoritur; ac, sicut ad anum haud paucis contingit, sanguis tacite per venas varicosas copiosus aufugit. Sic vigesimum vix annum attingens fœmina in clinicum Institutum Ticinense suscepta, perfecta valetudine gaudere sibi videbatur: cum sub calida æstate elapla, quin ullum animi pathema præcessisset, a capitis dolore, ac frigoris a sensu prehensa, mox vires, aciemque oculorum amisit, sudore frigido obtecta, ac motu sensibusque destituta, per biorium sub vera asphyxia detenta fuit. Huic ægrotæ, dum sensus rediissent, eorum tamen, quæ sibi vix contigerant, non rediit memoria; sed sanguis hinc inde ex gingivis effluxit, ac potuum acidorum sub usu, non multas post dies, valetudo amissa restituta est. Tres menses, sub ista, hilaris explaverat: cum tempore catamenii intermidio, præviis vertagine ac nausea, sanguinis congrumati octo fere uncias per vomitum, ac omni sine tussi, rejiceret. Successit iterum, ut pridem, febricula, sanguinem gingivæ stillabant; sed major nunc debilitas, ac singula, ignotæ sibi alias, chloroseos symptomata in conspectum venerunt. Nunc menstrua copiosa, & decem adeo per dies protracta, cum intenso lumborum dolore, succedunt; ciborum viget desiderium; sed læpius dolor, tensio epigastrii recurrent, ac mensis vix spatio absolute, vomitus cruentus de novo, — & quin symptomata prædicta remitterent, eadem sub periodo, iterum revertitur. Quæ igitur sub prima hujus morbi invasione occurserunt, — licet ægrotæ tunc sanguinem ex œsophago vel minime reddiderit; ea certe

ex interno ventriculi profluvio derivanda sunt, fine ulla epigastri oppresione, tensione, tunc lattem observatis, symptomata. In alia ægrotis, quam idem ad clinicum Institutum suscepimus, febris intermittens neglecta sponte quidem cellaverat. Successit analarca, quod etiam fine artis præsidio dilparuit. Post quindecim, ab hydrope dilperio, dies, mox a cœna, capitis gravedine & insolito calore mulier afficitur, ac, levibus motis ad ventriculum constrictiōibus prægressis, mox atri sanguinis copiam insignem, absque tussi, per vomitū rejecit. Vir sexagenarius, cujus alibi refertur historia, nulla prævia caula manifesta, subitanea nece extingitur. Lustrato cadavere, tota ventriculi cavitas, uno, prægrandi, ac formam stomachi referente sanguinis grumo eum in modum obseilla & impleta fuit, ut spatium nullum, inter pylorum & sinistrum orificium, vacuum remaneret; ut igitur prodroma non in omnibus signa hanc morbum annunciant; & ut sanguis fortasse saepius, quam neverimus, ventriculi profluvia cruenta, hujus visceris diuturnas molestias, vel mortem demum ipsam, & quidem improvissam, inducat. Aliquoties ægras, Vindobonensi in Clinico Instituto, priusquam sanguinem evomerent, de oris dulci sapore conqueri audivimus; ut igitur non solam hæmoptysin hæc mira præcedat sensatio.

His igitur, quas diximus, molestiis, aut fere nullis interdum, prægressis, aliquando sub corporis ad anteriora incurvatione moderandis, ægroti sanguinem, nunc dilutum ac serofum, nunc linceum ac fluidum, nunc in placentas sat magna & atras concretum, ac subinde iam satis corruptum, & fetidum, nunc potu cibisque, vel & acidis, biliosis laburris remissum, vel paucum, vel & plures ad libras, quin, ut nos quoque conspeximus, ad aliquot mensuras, per vomitum, plerunque sine tussi, ventriculo expellunt. Quodlibet tamen pars crux cum impetu ad palatum allidentis, ab illo ad laryngeum regurgitet; tunc certe, ut vidimus, & tussis

tussis violenta comitatur hunc vomitum, medicumque, nisi maxime in singula attentum, quod de sanguinis ex pulmonibus rejectione jam diximus, de vera cruoris scaturigine ancipitem relinquit. Quidquid fœminæ Ticinense ad clinicum Institutum delatae exemplum habeamus, quæ, fluxu menstruo suppresso, in vomitum cruentum incidentat. Hæc, quamvis nunquam fluxus ille uterinus rediisset, satis tamen felici valetudine, tres fere per annos, gavisa est: quo tempore, febris cum catarrho & cum sputis cruentis, — ac simul, præviis ad ventriculum consuetis molestiis, antiquum ex hoc viscere profluvium, impetuoso sub vomitu, in consortium venerunt. Interim qui animum & ad ea, quæ vomitum cruentum ad ventriculi regionem, & ad hypochondria præcesserunt, & ad ea, quæ sanguinem rejectum concernunt, ac tandem ad illa, quæ profluvio cessante occur- runt, convertit: ille veram mox istius diagnosi instituet.

Ac prima quidem ex ipsis, jam satis exposui- mus. Ipse vero sanguis ex ventriculo ascendens, nec tam coccineus esse solet, nec spumulosus est, ut ille, qui pulmones deseruit, nec facile aut a tussi, dolore thoracis, dispnœa, præceditur, aut a pri- ma ex ipsis expellitur. Præterea haud raro & ci- borum, & potus portio assumtorum, cruori ex sto- macho rejecto, plerumque frustis in coagulum concretis remisso ac nigrescente, conjuncta est. A vo- mitu cruoris peracto, symptomata tensionis, oppres- sionis, doloris ad epigastrium plerumque, — sed certe, ut experientia nos docuit, non in omnibus, remittunt; nec tullis nunc, — quod tamen in re- lato a nobis exemplo observavimus, continuat. Nullum vero sanguinis, profluvium, vel & sola ad hoc ipsum molimina, tam facile, quam illud ven- triculi, lipothymia insequitur. Accedit & illud, quod pars cruoris in ventriculum effusi, apud multos, — sed iterum, ut pluries observavimus, non in omnibus ægrotis, per tubum intestinorum deicen-

descendat, ac ventris tumorem mollem, aut quasi meteorismum, borborygmos, & tormina, ac tandem alvi fluxum cruentum ac atrum, — vel nisi iste sequatur, si plurimum cruoris effusi est, periculosa interdum febris asthenicæ cum faburris complicataæ symptomata inducat. Fœminæ, hoc a morbo, ac juncto huic simul ascite, extindæ cadaver Ticiani publicæ, ut salutari ex lege tenebamur, lectioni submisimus, ac sanguinis concreti, & atri copiam insignem, a ventriculo per intellina, tam crassa, quam tenuia, late longeque diffusam, quod & aliis est visum, deteximus. Cum vero nullum cruoris profluvium, jam protinus pacatis ejusdem symptomatis, tam facile, ac tam celeriter, quam ipsa hæmatemesis, redire consuetat; hinc, vix aliquot ab illa diebus expletis, sub interni caloris sensu, sub levi ac remittente febricula, non raro novæ nauseæ, oppressiones epigastrii, inquietudines, anxietates, dolores quasi pungentes in sinistro hypochondrio, oscitationes, succedunt; ac saepius ægroti sibi sanguinem in stomachum quasi colligi persentiunt, ipsumque mox impetu & copia majoribus rejiciunt. In aliis, imprimis si a menstruis, vel a fluxu hemorrhoidum suppressis cruor magis ad ventriculum dirigitur, illorum, vel istius consuetas periodos hæmatemesis, vix non quam cœtera profluvia accuratius, absolvit; vel saltem datis in anno temporibus revertitur.

Contigit interdum, ut, rejecta cruoris interfrusta, polyposa, aut quasi carneæ concretio, aut species membranæ, sanguine aliquando repletæ, quam, facile condonando tunc temporis errore, Vir clarus *Ludvigi* pro tunica ventriculi nervosa declaravit, comparuerint. Quodsi pylorum luere ejusmodi concretio non possit; continuus & ab ista, ad vomitum stimulus, ac nova sanguinis lub illo fundendi occasio nascuntur; vel eadem intensis solitan commissa, molestiae abdominis non paucæ oriuntur.

Sed diutius interdum sanguis, non ipsum ventriculi, aut intestinorum in cavum effusus, sed in vasis infarctis, & quasi cruenta in palude, detinetur, ac siagnat. Sub hac rerum conditione, imprimis in hominibus macilentis, morosis, iracundis, melancholicis, aspectu pallido, flavescente, rubviridi, instruditis, tum plura ex symptomatis, quæ hæmatemesis præcedere monuimus, epigastrii, hypochondrii imprimis sinistri, — tum multiplices in ea, quæ illud inter & umbilicum est posita, vel & inferiore, abdominis regione, molellæ, inflatio, borborygmi, tormenta, ac lumborum dolores, præcedunt. Tandem vero, sub insigni virium prostratione, ac instantis lipothymia sensu, apertis scilicet infarctis ventriculi, intestinorumque vasis, aut varicibus, picea, ac nigerima regurgitatur materia, & dictorum cava viscerum inquinat. Acerrimam haud raro, sed certe non semper, ac rodentem, atque, si talia in debiliorum jam hominum ventriculis latuerint, nunc acidum, nunc putridum olen tem, fæx ista crux, indolem assument, ac talis vel per vomitum regurgitat, vel per aivum copiosa descendit. Atque hic est morbus, ut vocant, *Hippocratis niger*, qui morbus modo consistentiae ac nigredinis, in materia abdomine expulsa, ratione, ab ipsa hæmatemefi distinguitur, & Virtus summi, quem in cathedra Ticinensi secuti sumus, penicillo egregie depictus est. Interim & aliæ morbi nigri, si nomen a materia per vomitum, aut ex ano rejeclæ colore derivandum foret, species existunt, quæ tamen, cum a sanguinis profluvio non pendeant, aliis hujus operis in locis describendæ sunt.

Cause. Ad intumam hæmatemefis cognitionem, causarum, ex quibus illa scaturit, consideratio non parum contribuet. Hoc scilicet, prolluvium, sistematici venosi plerumque morbus est, & aliarum ægritudinum, quæ vasorum abdomi-

minalium resistentias imminuunt, in plurimis effectum constituit.

Est quidem, ubi magnæ arteriæ, vix pectoris e cavo egressæ, — est ubi arteriæ cœliacæ aneurysma, ventriculi membranis adhærens, ac in cavum hujus visceris apertum, sanguinis per œsophagum ruentis torrentem eructaverit; nec funesta aneurysmatum, ad arterias mesentericas, intestinalem in tubum ruptorum, defunt exempla. Vomitus cruentus, lethalis, ab officulo vervecino ad ventriculum deducto, atque hunc ipsum continuo stimulante, ac vix non perforante, venientis exemplum habetur. Similes aciculatum, vitri diffraicti, venenorum rodentium, draſticorum, sunt noxæ. Hirudines aliquando cum potu aquæ lutulentæ, paludosæ, in stomachum delatæ, vel & vermes, aut vulnus ventriculo inflictum, aut quævis violencia externa, sanguinis, istius e vasis, profluvio occasionem dederunt. Sub nixu ad partum difficilem continuo, ac maxime violento, aut jam gravido ab utero, sua mole vasibus abdominalibus molestio, ex fœtus, matris in velvi hærentis, diuturna compressione, interdum crux cum impetu ex ventriculo præcipitat. Aliqua, sed rara, hæmatemesis ex ulcere ventriculi, intestinalium, hepatis inducæ exempla sunt. Tumoris scirrhosi ad pylorum positione, sicut vomitus diuturni frequenter, — ita & cruenti interdum, origo est.

Est etiam, ubi sanguis, vi nimia vitali, per causas excitantegadaucta, ut aliis ex partibus, ita ventriculi e vasibus, pellatur; vel, morbosa secretionem effusus, hoc e viscere inflammatu, aut varias ob causas stimulantes a crux copia obruto, secedat; & in hominibus laute nutritis, succipennis, aut naturali, consueta crux, alias per vias excernendi, evacuatione destitutis, per vicariam, ut vocant, hæmorrhagiam prorumpat & activum sic profluviūm constituat. Fœminam in clinicum Institutum Ticiuense collocavimus, quæ, et si, jam satis adulta, ac tribus ab annis uxoris esset, forsitan quod

quod uteri volumen per tactum exploratum, avel lanæ vix nucis volumini responderet, menstruo quidem fluxu hucusque privata incesserat; sed istius in locum, sub periodis interim haud satis æqualibus, sanguinem nunc per pulmones, nunc per ventriculum ejicit. Alia cum in tenera ætate sanguinem freq̄enter per nares excrevisset, jam undecimo ætatis anno mensiruis copiosis ac rite prodeuntibus, subiecta fuit; ac tandem, florido licet sub corporis habitu, hæmatemesis, ob quam ad clinicum Institutum delata est, contraxit. Plures certe foeminæ, valetudine in cœteris sat firma instruta, cum ob fluxum uterinum, ex alia longe, quam debilitatis ratione, suspensum, aut minus, quam sibi conduceret, abundantem, hoc a morbo corripiuntur, manifestum ex cruris per vasa ventriculi fuga experiuntur, beneficium, & a methodo excitante, aut prosluvium coercente, læduntur; quæ singula, non omnem hæmatemesin ex prævia vasorum, seu totius systematis debilitate scaturire, abunde demonstrant.

Interim pars longe maxima ægrotantium, ex asthenia, & fraude vasorum abdominalium vigore, & ex oppositis humorum circulo obstraculis diuturnis, sanguinem ventriculo tuboque intestinali expellit. Arteriae illius potissimæ, coeliacæ ex trunco nascuntur, ac eodem ex fonte, suum hepar, & lien, crux rem hauriunt. Omnis vero sanguis venosus his a partibus, ut ex ipsis intestinalis pars notabilis cruris, flumine communi ad hepar per venam portarum defertur. Oportet hinc, ut quanto minus sanguinis in splenem, aut in hepar obstruum, scirrhosum, per coeliacæ ramos lienalem vel hepaticum inferri potest, tanto plus per gastricum ejusdem coeliacæ ramum ad ventriculum importetur; aut, ut venis viscerum illorum a tumore compressis, aut quocunque demum modo impeditis, copia cruris major, ventriculi ad venas, a membranacea ejusdem substantia haud multum custoditas, colligatur, ac easdem cum sensu tensionis

nis, ac doloris extendat. In multis sane illosum, qui ventriculi aut intestinorum simul profluvio cruentato perierant, cadaveribus, vasa brevia, per quas languis a ventriculo ad lienem reducitur, insigniter & ad digitum magnitudinem dilatata, — venae meseraicae, mesocolicae, ad intestini tenuis fere molem, & in amplissimas varices extensae ac sanguine atro, spilloque infarctae comparuerunt. Nec modo uno, ut Vir celebris asseruit, sed pluribus lane exemplis, haec vasa, praeter modum ampliata, tam ipsum in ventriculum, quam intestinalium in cavo, ruptis eorundem parietibus ac visceris, sub qua decurrebant, interna membra na, patuerunt.

Fateri tamen oportet, frequentius in ventricularis, intestinalis eorum, qui sanguinem ad mortem usque per has vias amiserant, nec minime ad vasa laesioris vestigia intuentium se oculis obtulisse; nec talia in Viro conspicuo genuensi, quem saepius repetita haematemesis exhausit, in contpectum venerunt. In feminæ hoc a morbo in clinico Instituto Ticinensi defundatæ cadavere, aqua flava, & plurima in cavo abdominis ragnabat; ventriculus a quinque circiter librarum mole cruenta turgebat; interna modo ventriculi membrana coloris erat subrufa; intestina distenta, piceam materiam per omnem hujus tubi longitudinem firmiter adhaerentem, nigerrimam offerebant. Hepatis substantia cinerea colore insignita, tuberculis jam partim suppuratis obsidebatur; lien, concretionibus quasi corneis in superficie notatus, molis tamen nimis non erat. In viro, qui sanguinem copiolum, sine vomitu ex ipsis intestinalis frequentius amiserat, superficies istorum interna, qua late patebat, erat ruberrima, ac injectis quasi vasculis undique, sine ulla istorum laesione, nitebat.

Ex his apparet, quod sanguis, ut diximus, ex vasibus ventriculi, intestinalium, aut diversas ob causas stimulatis, aut chronicâ qualibet phlogosi correspondit, aut a visceris vicini, obstrudi, cruore inundatis

tis, aut locali debilitate affectis, non raro cruentæ secretionis effecit, quin vasorum aut ruptura, aut erosio, aut conspicua dilatatio prægrellæ sint, auffugiat. Interdum subtilior est in morbis diversis, in febribus alihenicis, nervosis, in variolis malignis, contagii materia, aut sola universalis debilitas, quæ talia ad ventriculum intestina, aliis præ partibus infracta, phœnomena producat. In viginti & septem annorum fœmina nostri cum Auditoribus Papiæ pertractata, Hæmatemesis tum præsentis, tum illius, quam quatuor tunc ante annos, licet optima menstruata, apud nos superaverat, caulam detegere non potuimus; sed modo frigus & calor nunc eandem corripuerant: quibus, cum binos per dies liberatum se crederet, derepente successerunt ventriculi oppressio, dolor, lipothymia, spirandi difficultas, anxietas summa, dolens ciborum solidorum, per œsophagi inferiora, in ventriculum descensus, ac tandem sanguinis, ad quatuor fere libras, per stomachum, nec multo minor per anum, rejectio. Mirabamur, post illa, menstruam nihilominus secretionem, quo debuerat, ordine, successisse; sed nec dolor ventriculi, nec naufragæ, nec pulsus, sat duri, frequentia, cessarunt: donec die decima & sexta morbi, tumor ad parotidem summe dolens, ac tandem pustulæ copiosæ, crustolæ, ardentes, ad omnem capitidis partem capillatam prodirent, ac reliqua morbi atrocis symptoma in universum dissiparent. Tinea capitidis per tres fere annos laboraverat viginti annorum fœmina, cuius supra historiam retulimus, & quæ in aetate teneriore epistaxis, — undecimo jam anno aetatis, menstrua copiola, ac tandem, dissipata in integrum tinea, ac psora cum unguentis dispulla, hæmatemesis rebellem experta est. In Scorbuto, febre Americanorum flava, morbo, ut vocant, hæmorrhagico, tam rara haud affedit est hæmatemesis; ac vidimus in fœmina, cui oculus ac palpebra sinistra ecchymosi laborabant, vomitum a languine, sine ulla crux re-

rejectione, lethalem; sed, uti ad oculum contigerat: sic omnis interna ventriculi superficies a sanguine, hujus visceris inter tunicas effuso, fugillata fuit, ac livida. Plures ex illis, quos haematemesis correptos pertractavimus, febre, non ita pridem, intermittente, ac ventriculi languore diuturna laboverant; sed pars certe plurima ægrotantium, ut diximus, ex sanguinis vel menstrui, vel haemorrhoidalis suppressione hunc morbum incurrit; ac si-
cūt rara hujus caulæ ex hyperæsthesia origo est: ita frequentius asthenicam, quam activam haematemesis indolem sub hac rerum positione agnoscit.

P r o g n o s i s. Ex ipsa symptomatum causarumque haematemesis expositione, quod de-
mum ejusdem de exitu formandum sit judicium, jam satis elucet. Periodicæ, ac pro menstruo,
haemorrhoidalí secretionē vicariæ, haematemesis
pericula, horrore, quam tetri hujus morbi alpestris
cuivis inspirat, non penitus respondent; sed in mul-
tis certe casibus, crux menstruus, per uterum ex-
cerni impeditus, sorte minus iuqua per ventricu-
lum, quam forsitan per pulmones fecisset, perio-
dice expellitur; ac ad uterum, obstaculis aliquan-
do liberatum, redeundi, promptitudinem sat diu con-
servat. Non interim cuivis mulieri sanguinem vo-
menti, menstruis erumpentibus, morbi solutionem
fieri, ex fœminæ exemplo a nobis allato, compa-
ret: scilicet si alia simul causa, quæ has turbas con-
tinuet, in corpore latuerit, & cum sanguine per
uterum expelli recuset.

Cum vero sanguis per hoc viscus, aut per anum periodice expelli solitus, placidius his a fontibus decurrat; nec turbas ac impetus, quos vomitus cruentus, tum universo, quam gastrico imprimis systemati inducat, ac diutius continuet; hinc mirum non videbitur, si tot conatus ad vo-
mendum violenti, sanguinem, copia ex vasis ven-
triculi, quam ex illis uteri, ani, longe majore
tandem expellant, ac, saepius recurrendo, tum
cruenti liquoris jactura, tum functionum ventriculi
lub.

subversione diurna, hominem sensim sensimque exhaustant, & ad hydrozem, vel ad tabem perducant. Hinc in illis, qui ex caulis majoribus, quam ex sola quasi lacticis purpurei a suis colatorius aberratione, cruentem ventriculo expellunt, uterque finis, sibi perversa imprimis vivendi, mendendi methodo, celerius timendus est; nec delunt mortis a summa illius copia, repetito sub vomitu, amilla, lubitanee, & nobis conspecta, exempla. Ceterum, nisi causam hujus morbi, — quod laepius, perarduum, ac non raro supra vires humanas politum est, lat cito auferri concessum sit; his licet tandem superatis aut saltem non parum imminutis, vix non majori hæmatemelis, quam alia prolluvia, certitudine, habitudinis contradictione ex legibus, & ex facilitate ventriculum turbatum renovatione, redibit. Si febris, quam laepius huic morbo deelle observamus, hæmatemeli accedit, pericula plerumque, nisi fluxu cessante & illa simul disperat, augentur. Ex sanguinis vel ore vel ano rejecti qualitate, colore, sapore, odore diversis, minus firma, quam ex illius quantitate ac impetu, deducitur prognosis. Sæpe interim, qui in canali intestinalium diutius stagnat & corruptitur, cruentus, effusus pejora, quam sola ejusdem jactura fecisset, symptoma ac ipsum aliquando gangrenam, inducit. Nisi cruento per vomitum rejecto, oppressio, dolor epigastrii, nausea, & frigus extremitatum dissipentur; novæ hæmatemesis, facile tunc majoris, accessio, brevi temporis intervallo futura, timenda est.

Cura. Cum plerisque in aegrotis, alterius affectionis effectus ac symptoma sit hæmatemesis; hinc, pro indeole illius diversa, methodus, nunc ista, nunc illa, huic ipsi opponenda est. Generalis ideo hic indicatio est: ut causas hæmatemesis diversas, qua singulæ id exigunt, ratione tollamus, aut saltem imminuere conemur; ut sanguinis hyperæstheticum profluvium moderemur quidem, sed violentis auxiliis suppressare vereamur; ut nimiam

miam ac imprimis ex vasorum inertia venientem sanguinis jaçtaram arceamus : ut effusum & concretum in ventriculo, intestinis, cruroem prudenter diluamus, a prompta corruptione præservemus, ac methodo blandiore per alvum evacuemus ; & tandem ut morbi effectus auferre, ac redditum ejusdem prævenire studeamus. Maximum & hoc in morbo prævertendo foret positum curæ monumentum ; sed rarer est ille, ac nimis, sub eodem fere aspectu, ægritudines penitus diversæ abdominis incedunt, quam ut, sub tam ambiguis venosi systematis dilatati, ac varicum internarum indiciis, nisi vomitus cruentus jam aliquando comparuerit, hunc illico vasorum statum supponere, ac methodum medendi, cum sat magna certitudine, vacillanti adeo theoriæ superstruere valeamus. Quodsi tamen causis hujus morbi potioribus, ac imprimis menstruæ secretionis, aut fluxus hæmorrhoidalis periodici suppressione, prægressis, prodroma, quæ diximus, symptomata, hominem, imprimis sub eodem fere typo magis, divexent ; si præmisso forsitan evacuantium, stimulantium ab usu, dolor ac tensio epigastri incrementum habuerint ; tunc utique nisi alia illorum ratio manifesta se offerat, liæmatemesis prædicti, ac methodo ex indole cauarum petenda, in quibusdam averti potest. In casu, sat frequente, quo menstrua, aut solida per hæmorrhoides secretio, in homine laute nutrito, ac floridæ constitutionis suppressa est, sub rerum stimulantium, calidarum fuga, sub vietū quodammodo tenuiore, pediluvia tepida, venæsectio, vapores, hirudines genitalibus aut ano appositiæ, clysteres emollientes, succi fructuum horreorum cum aqua diluti, aut emulsio amygdalina tenuis, conducunt. Si ex causis contrariis hæc menstrui suppressio contigerit ; tunc, nisi major jam ventriculi sensibilitas excitantia quæcunque, etiam leniora, recuset : hæc ipsa, sub debita, ne stimulo locali oblit, cautela, elixir acidum *Halleri*, infusum corticis chinæ frigidum, cum emulsione arabica

bica remissum, aqua spadana pauca, & alia adhibenda; vel & ano, quo minus offendant, similia, paulo magis activa, injicienda sunt. Si vilcerum obstru^tio hunc morbum minari videatur; tunc ad leges alibi tradendas, quæ illi conducant, sub insdem, ne suo ventriculum attac^tu exstimplent, cautelis, præscribenda sunt. Martialis, nisi prius per mitiora stimulantia solutis in abdomine obliteracionibus, plerumque cum damno ægrotantis porrigitur. Si scorbutica dispositio hæmatemesin, ferre semper funestam, minetur; ad ea mox, quæ huic morbo dispellendo sint apta, & quæ alibi fugeremus, confugiendum est remedia,

Sub ipsa vomitus cruenti accessione, medicamentis, quæ ore assumentur, quod vomitum non pauca ex illis, mox promoteant, sat raro est locus; ac ea, quæ principio, ut vocant, adstringente hæmorrhagiam ventriculi, nisi forsitan enorinem, ac necem illico minantem, coegercent, vix non semper cum damno ægrotantis porrigitur. Raro quidem hypersthenicam hic morbus indolem agnoscit; sed si tales præ se ferre, ex caulis prægrellis videatur, & sanguis copia moderata, sub pullu fatis pleno ac duro, ex ventriculo dolente prorumpat; tunc certe venæsatio, hirudo ad anum, majorem ex isto cruoris ja^turam frœnare, & alvi per enema solutio conferre valebit. Si ex caulis debilitantibus hoc profluvium descendat, vel, et si viribus solidorum nimiis a principio tribuendum visideretur, tanto tamen cum impetu cruentus plūtius proruperit, ut sine magno ægrotantis discrimine sibi ipsi relinquiri non queat; tunc punicæ gracati succus, acidum sulphuricum, frigidæ, ad gratum acorem, committunt, vel aqua gelidissima, cum interim crura cum tepida foventur, vel pedes lat profundum in balneum immerguntur, — vel demum, instantis quasi mortis sub periculo, alcohol cum frigida & lacchari portione nuptum, ferum laetis cum alumine paratum, & glaciei contusæ aut nivis ad ventriculi regionem applicatio, tentari

tari merentur. Interea quies corporis summa imperanda, nec, si alvum, tunc facile cruentam, deponendi necessitas subveniat, ut lectulus ab ægrotato deseratur, permittendum est. Si forsitan, ob magnam croris jacturam, lipothymia ægrotantem corripuerit; extremitates quidem cum vino calido, aut infusis aromaticis fovendæ; sed ea, quæ fortius exstimplent, ob novi pericula profluvii, evitanda sunt. Cum vero sub ipso forte vomitu cruento, animo quis deficit; videndum est, ne croris ipso oris fauciumque in cavo polyposam in massam concreverit, ac viam aeri ad pulmones, lethali cum effœcta, præcludat. Hoc in statu Rastadienlis coenobii præpositus, tringita quinque abhinc annis, vix inediæ ætatis, studiis profundis a longo jam tempore immetsus, atroci jam dudum epigastricæ dolore, nausea, ciborum horrore vexatus, spirituofisque liquoribus ac potui coffeeæ nimis deditus, hærebat. Hic etenim cum, sibi soli reliquæ, sanguinem nigerrimum ac frustis præmagnis commisum, immenia quantitate vomisset, humi concidens, oris cavum his grumis repletum, advenienti amico, sub aspectu cadaveris, exhibuit. Sat prompte accersitus, hominem, vitæ signo, si aliquem calorem excipiam, vix ullo instrudum mox a thrombo, qui fauces obturabat, liberavi, ac lectulo commillum, ea, quam vix exposui, cum methodo, a limine mortis felicissime restitui. Si vomitus cruentus ab hirudine cum aqua impura ad ventriculum deducta originem haberet; tunc salis marini, vel aqua vel aceto soluti, portio assunta conduceret. In ea quam venenum induxit, hæmatemesi, remedium, quod hoc ipsum vel destruat, vel corrigat, vel saltem involvat, indicatur. Hæmatemesis violenta, mulierem sub partu difficulti prehendens non nisi fœtu per, artem lat proprie excluso superatur.

Absoluto vero sanguinis vomitu, sub summa corporis quiete, si vites collapsæ id exigant, nec ventriculus repugnet; julcula carnium cum ruminis ace-

acetosæ foliis decocta; frequentius, sed parca semper manu, nec fere calida, ac potus subacidus, serum lactis cum succo citri, aut acido sulphurico paratum, lac, ut vocant, ebutyratum, saepius ac exiguis portionibus concedenda sunt. Cum vero crux intestinalem per tubum diffusus, nisi prompte per alvum evacuatus, facile putrefaciat, morbumque hæmatemesis pejorem inducat; clysterum ex sero laetis vel ex aqua, cum aceti ac mellis portione paratorum, saepiusque in die modo parvas ad doles porrectorum summa nunc erit necessitas. Quæ vi alvum movendi majore instruta sunt, ea, licet aliter videri posset, ob stimuli cujuscunque, ventriculo, intestinis fauciatis, aut morbosa adhuc dum sensibilitate instrutis illati pericula, cane pejus & angue fugienda sunt; secunda interim a vomitu certante die, praeter dicta, ex clysteribus imprimis, subsidia, serum lactis tamarindorum cum fructu paratum, solutio mannae, aut pulpa cassiae aquosa, donec alvus bis terve in die respondeat, faciumque color consuetus appareat, modo nausea id ipsum remedium haud improbet, propinanda sunt.

His praefitis, vidus rigori paulisper detrahendum, ac hordei vel oryzæ, vel panis, ex carnis jure decoctum, vel & ova sorbilia hinc inde, donec stomachus meliora perforat, concedenda sunt. Nunc quidem, pro indole causarum diversa, effodus morbi corrigendos, atque eam in universum, quam ad nascentem ægritudinem avertendam jam supra commendavimus, iudicandi methodum eligendam esse vel quivis facile intelliget.

ORDO III. GENUS V.***H A E M O R R H O I S.***

Si nomen satis aptum & extensum, quod sanguinis ex œsophago, ventriculo, intestinis, ac istorum summo non minus, quam in f. m o ex ostio, fugam exprimeret, fuisset concilsum; eo utique hic loci, ad designanda, quæ hoc uno ex canali, vel supra, vel infra, scaturiunt, profluvia, lubenter usi, — ac morbum, de quo nunc agemus, hæmorrhoides, non aliter quam sede ac symptomatis quibusdam diversum, sermone, quem vix abfolvimus, simul complexi essemus. Ipsum adeo, tam vetustum — nec tamen, ut hodie, ita antiquissimis temporibus, ad solas sedis venas restringit, hoc nomen, sanguinis præter fluxum, nil denotat; ac nisi vasa, quæ ad rectum intestinum descendunt, hæmorrhoidalia tandem appellari voluissent; vix ratio, cur profluvium cruentum ex ani confiniis oriundum, hoc titulo salutetur, supereret. Interim hac sola ratione suffulti, non modo receptum in scholis hæmorrhoidum nomen, — sed & sola ad illas molymina sic vocandi consuetudinem, retinebimus; & cum plura, quæ de ventriculi, intestinorumque profluvio cruento sunt dicta, ad illius, quod ex ano descendit, intellectum contribuant; hinc ea, quæ superlunt, de hoc ultimo hic loci monuisse sufficiet.

Epilaxi excepta, non est aliud, cruentum, quod generi humano, septentrionali imprimis, tam proprium & commune sit, quam illud ex recto intestino, morbosum profluvium. Consistentis quidem illud ætatis, ac virorum præcipue morbus est; sed magis magisque is, hoc ævo, expanditur, ac flexui sequiori, saltem urbium inter incolas, vix minores, quam virili, molestias, eodem saepe, quo menstrua solent, ordine ac jure reddituras, creat; quin teneris infantibus hinc inde non parcit, ac decrepitos nonnunquam senes hic idem salutat.

D e f i n i t i o . Est vero hæmorrhōis, tum sanguinis sinceri, tum materiæ mucosæ, puriformis, ex vasis modo recti intestini vel internis, vel, ani circa limbum dilpositis, externis, profluvium, aut saltem molestum ad hoc ipsum, ex tumidis varice, tuberculis, mariscis, conamen.

D i v i s i o . Cum vero languinem nunc interna, nunc externa ex recti intestini regione scaturire observarent: occultas illinc & internas, hic vero externas hæmorrhoides dixerunt. Alii, anatomicæ valorum, quæ recto intestino, ex mesenterica inferiore non minus, quam ex hypogastricæ, & ex iliacæ natum ramis, concessa sunt, cognitioni innixi, subtilius hanc rem aggressi sunt; ac licet magnum hæc inter vasa, tum arteriola tum venosa, commercium subsistat; & licet illorum propagines, intestini recti non minus cavo, quam ipsi ani muscularis, & externo orificio, prospiciant; internas hæmorrhoides modo illas, quæ ex ramis venosis hæmorrhoidalibus, cruem venæ portæ afferentibus, — externas vero, quæ ex venæ cavæ propaginibus, eundem proflunderent, compellarunt. Sed cœcas hæmorrhoides vocarunt, cum tumentibus ex ani vasis vix aliquid, — albas, mucosas, non vero latis nomine, si serosa, pittuitola materia, loco languinis, efflueret. Hoc etiam profluvium, ubi bonis ægroti cum rebus, & alterius in morbi emolumendum contingere, criticas, — ubi nihil proficeret, vel morbum, uide

pendet, augeret, symptomaticas hæmorrhoides nominarunt. Sub magna vero valoū recti intellini, cum illis vesicæ ac uteri anastomosi, si crux ex hominis, fluxu hæmorrhoidalí quondam subiecti, vesica vel utero prodiret, hæmorrhoides vesicæ vel uteri appellarunt. Quidquid longius hanc nominum indulgentiam extendere, ac oris adeo hæmorrhoides, ubi sanguis, non, ut pridem, ex ani, sed oris nunc e valis stillaret, nuncupare voluerint. Præterea, ut solent alia profluvia, sic & illud, ni forte magis, facilime habitudinis contraria, ac periodici decursus ad leges, dispositum semel in hominem, dominatur; vel, si quidquam illius se imperio opponat, pœnas, non raro lethales, supprellarum sub nomine hæmorrhoidum, imponit. Locali nunc vitio hæmorrhoides, — nunc vero univerteri simul yltematis morboſa adfectione, atque tunc, vel ex vi vitali nimis adacta vel ex adynamia, fluere, experientia commonontrat. Frequentius omuino partium vicinarum, remotarum a vitio secundarius, quam primaria actione, hic fluxus propullulat; & diversis cum morbis, vel & aliis cum profluviis, aut lanis, aut morbos complicatus incedit.

Symptomata. Sunt quibus crux, sine præviis ad rectum intellinum, vel alias ad partes, molestis, copiose, sed tacite ex ano regurgitent. Sic juvenem sanitatum, proprio in ianguine, matutino a lomno, quasi natantem conpleximus, qui, indolis hujus morbi ignarus, locum, qui sanguinem dedisset, sauciatum, sibi ipsi, perterritio quidem sed non languido, indicare non potuit.

Alii prævijs subinde alterius, imprimis narium, profluvi cruenti suppressione, vertigine, capitis artuumque gravitate, lumborum dolore, pruritum, calorem, tenesmum, pulsationem, constrictionem ac aliquem sub corporis positione erecta, sed imprimis fæcum durarum sub exitu, dolorem ad ænum perlentiunt, & ianguinem post illas,

pau-

paucum, nec istis intime remistum, sed potius aſſum, floridumque conspicuat; vel antequam hæc ita succedant, pituitam pellucidam, aut carnis locutæ quid simile, ex ano defluere, vel quali sudare, advertunt, aut per alvum copioſe deponunt.

Non pauci, jam diutius hoc ad proſluvium diſpoſiti, aut hoc ipsum jam ſæpius experti, non modo diſtas moleſtias, ſed & motus ingratis, tensionem, vibrationem ac ſpasmos circa loca venæ portæ connexa, ventriculum, hepar, lienem, melenterium, intestina, experιuntur; præcipue vero ſenſum, ac fi corpus peregrinum, acutum hispidumve in reſto intestino hæret, tenesum, dysuria, veficæ, uteri, teſticularum, lumborum, oſſis ſacri, iliorum, hypogaſtrii, coxarum, qui gressus non minus, quam ieffionem impediāt, dolores, nauſeas, vomititiones, tormina, ſeu colicas, ut dicunt hæmorrhoidales, motusque febriles percipiunt. Hac ſub rerum poſitione, ſæpe recti orificium extēnum a duro, ardente, pullante ac rubro tumore, vel uno vel pluribus in locis, obſideatur, aut, oculis ſubtractus, tum fæcum excretionem, tum attactum, & clysteris injectionem hic impedit; ſed majore ſub nixu, niſi altius intestino inhaerens, ſub iſigni cruciatu ex ano protruditur. Non rārum eſt, ſub tanta iſteſini irritatione, hanc partem, ad traſtum ſat longum, inflammati, tumetieri, ac prominens in eadem tuberculum in abſceſſum converti: qui, forſitan negleſsus, nec ſponte, nec per artem ſat promte apertus diverſos in ſinus divergit, & tifſulas ad anum pertinaces inducit. In aliis, repetita frequentius, & eadem ſemper in parte, phlogofis, effuſa in telam cellulofam iſteſini materia puriformi, in coagulum concretionesque tam prona, quod jam de urethra per medorrhœam frequentem vexata monuimus, duriorem hanc reddit, ac diametrum hujus tubi fœcalis imminuit, reſtringit, diverſisque in locis coardat.

Sed hos eſlectus, ac rariorem hiſ in partibus gangrænam, in multis, vel materiæ puriformis, flittis.

striisque cruentis remissæ, vel sanguinis sinceri abundans ex ano secus, moderatur, amissamque pro tempore quietem restituit; donec vel sponte ac certas ad periodos, imprimis menstruæ secretionis sub tempore, vel cibis durioribus, irritantibus aut potu spirituoso assumtis, vel a corporis exercitio, maxime a saltatione, equitatione violentis hi motus, ut vocant, hæmorrhoidales revertantur, ac venæ sensim sensimque in peramples lividasque varices dilatatae, tela vero cellularis vicina, hic loci tam laxa, in ambientes easdem tumores extensa, non omne modo cavum intestini oppieant ac obturent; sed aliquando & mole conspicua, & ovi anteriori, ut vidimus, magnitudine, ex ano propendeant, nec raro ab arcte constricto hujus sphinctere, sub enormi cruciatu, strangulentur in totum. Alias hi facci, ex interna intestini membrana, ac tela cellulari huic propria, dilatatis, oriundi, a languine deplentur, ac volumine immixuti, simulque breviores, in rectum intestinum quasi retrahi, ac visui ex parte auferri observantur; sed facile, sub fæcum duriorum excretione, vel quovis alio sub nixu, sub aspectu prolapsus intestini, denuo per ani orificium descendunt, ac vel novo cruro suscepto intumescunt; vel aliquo in loco disrupti, exesi, nunc languinem coloris atri, mox rubri, immensam aliquando ad copiam, cum impetu, ad lipothymiam, quin, ut aliquando funesta docuerunt exempla, ad mortem usque, præcipitant; nunc lente, aut levi tantum sub conatu, aut gurgite perpetuo, ad plures interdum uncias, vel adeo ad libram & ultra in die, effundunt; vel demum, non minus a sanguinis contenti portione lymphatica, polyposam in massam concreta, quam a continua frictione, ac ab aeris attacku calliqsam quasi indolem, ac duritiem verrucosam acquirunt.

Fœmineo in sexu, hæmorrhoidis cum vagina communicans, haud raro calorem, pruritum, ardorem in ista, aut etiam, quod jam alibi monuimus,

mus, sub coitu, dolorem, sanguinisque ingratum secessum inducit. Augentur hæc symptomata, dum menstrua aut hæmorrhoidalis instat, vel ob ætatem, prima supprimitur, periodus. Majora vero sunt ab hoc vasorum intestini recti morbo, graviditatis ultimis in mensibus, incommoda: fluor ani, vaginæ albus, tenesmus, alvi segnities dolensque excretio, insignis circa ani orificium tumor vasorum, vaginæ angustatio. In parturiente vero muliere, augentur hæc singula, & vix non, quin caput fœtus descendat, excludatur, diutius impediunt, fortiore in hoc ipsum sub nixu, extensa nimis hæmorrhōis rumpitur interdum, ac sanguinem contentum copiose effundit.

Differentiæ. Ex hac brevi hæmorrhoidum descriptione, hujus morbi differentia tam a croris, saniei, vel ex ventriculo, hepate, liene, vel superiore intestinalium e loco scaturientis, profluvio quam dysenterico a fluxu, non difficulter eruitur. In primo scilicet casu, jam exposita debilitatis majoris, nauseæ, ac torminum symptomata, sine localis ad anum affectionis indiciis, comparent; in secundo, tenesmus quidem & excretio muci puriformis, aut croris per anum occurunt; sed majore morbi universalis cum apparatu, præcipue febrili, artuum lassitudine, dysenteria hominem, epidemico plerumque furore aggreditur; tormina in ista, magis urgent, fæces liquidæ ut plurimum, & paucæ, cum sanguine intimius commissæ secedant, ac in genere symptomata exposita, licet ipse hic fluxus hæmorrhoides saepe provocet, dubium de morbi indole vix ulli relinquunt. Facilius hæmorrhoidum albarum, ut appellant, pro fluxu, ab inexpertis, declarabitur materiae purulentæ ex abscessu, ulcere, aut fistula ani profluvium; imprimis cum ipsæ hæmorrhoides haud raro hæc vitia inducant, vel cum istis conjunctim incedant. Eorum vero, quæ fluorem præcesserunt, & induxisse videntur, consideratio, partium attenta inspectio, exploratio, materiae fluen-

fluentis copia & indoles, modus ipse, quo hæc, aut sponte distillat, aut exprimitur, hic lucem accendent. Intestini quoque recti, vel prostratae, vesicæ, vel uteri scirrus, puriformis haud raro per anum materiæ profluvium, — ex illis, quæ de alvi retentione dicemus, distinguendum, inducit.

Causæ. Qui ad illa, quæ de causis varicum, ac de profluvii cruenti ventriculi intestinorumque rationibus, dicta sunt, respexerit; is facili labore hæmorrhoidum intelliget originem. Ipse hominis ingressus erectus, cur morbus, qui in cœteris animalibus tam rarus est, humanum tam sæpe genus infestet, non parum contribuit; ac certe, si cruris per venas, valvulis tam sollicite munitas, ob sanguinis ad perpendiculum ascendentis iter, tam sæpe varices succrescant: oportet ut ad venæ hæmorrhoidalis internæ, longissimæ, ac, lege venis abdominalibus communi, valvulis spoliatae, principia, sanguis, ob innumera, quæ hoc sub itinere experitur, obstacula, non raro in simili naturæ tumores colligatur, & suo pondere ad recti finem intestini hærefeat, suoque volumine obsit.

Scilicet cum ea non minus, quæ sanguinem per arterias ad partem quamcunque magis alliciunt, quam illa, quæ ejusdem per venas regrellum intercipiunt, valorum repletiones, humorum congestiones, secretiones morbosas, & profluvia cruenta in ducant; hæmorrhoidum quoque, ut morbi plerumque localis, causas ab ipsis non differe, intelligitur.

Sanguinis ad vasa recti intestini majorem copiam ac localem plethoram, invitant, caulæ stimulantes quæcunque, vel ano, vel partibus vicinis admotæ: rheumatismus, arthritis, ulcus herpeticum, vel aliud, pessaria, clysteres calidi & acres, crimen iodomitum, calculus, nucleus ossea particula, ascarides vermiculares, potus spirituosi, cibi acriores, aromatibus conditi, draſsica, aloetica remedia, semicupia calida, vapores, hirudines, nixus ad alvum, equitatio, succullio corporis violent-

lenta, venus nimia, graviditas frequens ac sibi nimis vicina, abortus, partus difficilis, neglecta lactatio, morbi uteri, vaginæ, vesicæ, calculus istius, aut secio ejusdem, dysenteria, catarrhus intestinorum, contagium venereum, medorrhoicum, menstruorum suppressio, & similia. Frequentior apud populos plerosque septentrionales hæmorrhōis, ex frigoris diuturna & fortiore in vaſa cutanea actione, ac sanguinis, ab istis adversi, ad interiora congestionibus non minus, quam ex potuum spirituorum abuſu communiore, oriri videtur. Amictus tenuior, quo nostris temporibus sexus sequior ubique locorum, ac sine omni cœli differentia, vix, ac ne vix quidem, obtegitur, sicut morborum multorum, ita & hæmorrhoidum in dies apud illum frequentiorum, scaturiginem satis explicat.

Cruoris regressum his ex viis retardant, impediunt, vita sedentaria, positio corporis ad anteriora diu inflexi, fæces diutius in crassis intestinis stagnantes, duræ, compactæ, leu alvus in dies obstructa, nixus iterum ad istam solvendam diutinus; intestinorum, per flatus & alia, extensio, compressio eorundem mechanica. Hanc inducunt: vestes nimis arctæ, femoralia imprimitis, toti, ut nunc solent, ventri circumtensa, adeps plurimus, omento, alibi, collectus, tumor, obstructio, leirrhous lienis, pancreatis, mesenterii, mesocoli, hepatis, uteri gravi, steatomatosi, indurati, hydropici, polypo referti; vaginæ, vesicæ, prostatae, molles morbosa; prolapsus ani, vaginæ, uteri, vel ejusdem retroversio, partus longus & difficilis, &c.

Præter has causas, in ipsum magis intestinum rectum agentes, valent illæ, quas in genere profluviis tum energicis, tum adynamicis favere, jau satis est dictum. Sed, num ex *venis*, num vero ex arteriis, derivanda sit sanguinis ex vaſis ani fluentis origo, est quæſtio, cuius indeoles utilitate in artis exercitio non omni defituitur. Ex *venis* cruento profluere, est recepta a plurimis opinio; ac varicum in ægrotis non paucis præſentia, exten-

tensio istarum ac repletio insignis, quin manifesta & oculis exposita, communis quoque alibi locorum, tumoris varicosi laceratio, hanc satis corroborant. Sed, nisi magno cum impetu, ex collabente mox varice crux atro insignitus colore profiliat; arteriarum magis, quam venarum ex ore, id fieri censemus. Raro quidem hominum, haemorrhoidum sub fluxu mortuorum, sectiones pathologicae, qua decet industria, institutae fuerunt; sed facto experimento, comparuit, venam ani non parum & ad magnam altitudinem, a grumo cruento dilatata, modo paucis & exilibus cum vasis sanguinis commercium aluisse, & exilem satis, in eam magnitudinem, venam dilatata fuisse. Venas certe non interruptam fere ubique arteriarum continuationem esse, agnoscimus; nec illae, si forte venas placentae excipiamus, in cava viscerum, ut quondam credebatur, hiant & apertae sunt; aut motu retrogrado sanguinem ex morbo, nisi ruptae, eruant. Secretionis vero morbosae opus esse non pauca profluvia, jam satis evicimus, & hoc opus ad arterias, nec ad venas, spectare, vix dubium admittit. Humoris sane mucosi, puriformis, qui toties loco sanguinis, ex ano distillat, audita, mutata secretio, phlogosis ad secernentem superficiem expansae, & stimuli, folliculorum mucolorum in ductus, & in arterias exhalantes agentis effectus est; nec si easdem per vias crux ex urethra, medorrhoea correpta, vel inflammatis ex bronchiis effunditur, — ad anum, ex venis illuminatur dicendum est. Ex ipsa scilicet venarum haemorrhoidalium repletione, tensione, compressione, nascitur in membranis easdem ambientibus, & in vicina intestini superficie irritatio, ac levis, erysipela-cea quasi, aut major etiam, phlogosis: sub quibus, & muci puriformis, & sanguinis ipsius secretio inducitur. Ex his vero liquidis, turgentis in venae ambitum cellulariem effulis, nascuntur praegrandes illi, quos nec arteria, nec vena dilatata, tantos effecissent, circa ipsam varicem, tumores: qui, sanguine

guine nunc fluido, nunc vero grumoſo infarcti, dimidio ſaepè pugno crassiores, ac duri, ipſius ve- nae, quam ambiunt, propagines profundas, ac lo- cias, in ſimilis naturæ, fed molis minoris, tuber- cula rotunda, inæqualia, ac interdum in circulum, ut ani procidentiam diceremus, connexa, aut in ſimplices varices, circa podicis orificium diſpoſitas, dilatari impellunt.

In multis vero hæmorrhoides, non tam ob ſanguinis, per motum abdominalē, impeditum regrēſſum, quam ſoliuſ a tunice intestinaleſ internæ laxitate, & vaſorum illius atonia, oriuntur. Hinc ſola ſaepè ſaccorum hujuſ generis ex ano pendentiū, & ſanguine turgentium, in- terdum calloforum, reciſio, localem intestini hunc morbum radicitus extirpat. In ſanis adeo homi- nibus, ſub nixu ad alvum deponendam majore, inprimis dum, ex mala conſuetudine, per horas ſellæ familiari, putridis vaporibus repletæ, inſi- dent, interna recti intestini membrana facile pro- truditur, ac ab ani sphinctere compreſſa, nec ci- tiuſ repulſa, intumescit, & incognita priuſ hæmor- rhoidum ſymptomata prodiuit.

P r o g n o ſ i s. In hæmorrhoidum laude non minus, quam vituperio, a medicis ſcriptoribus non paucis peccatum eſt. Sanguinis certe, quocun- que demum loco, sanitatis præter ordinem, ſcatu- riat, profluviuſ, morbus — & majoris non raro, ſe ipſo, morbi ſignum, aut prolufio eſt; fed ſaepè minor maiorem ſolvit morbus; & quod ſub perfecta ſalute malum eſt: — hoc ſaepè ſub opref- ſæ ſtatu valetudinis, flebile quidem, fed quale ſperari hic potefit, beneficium appellari mere- tur. Nulla ſane eſt ratio, cur hæc ſanguinis per anum excretio, in viro lautius nutritio ac florido, non eadem, quæ menstrua, mulieri, evacuatio, commoda præſtet; & ſiquidem juveni ſanguine tur- genti, ejusdem ex nare profluviuſ confert: non plus periculi in ſanguinis per guttur inferius itinere quærendum eſt. Verum eſt, hæmorrhoides, ut

ut alia cruoris profluvia, faciles regressus agnosce-
re; sed nec ista semper ita succedunt; ac ille ip-
se, cuius supra exemplum adduximus, juvenis, cum
tam largam sanguinis ex ano jacluram, ætatis anno
decimo & sexto, fecisset; ad sexagesimum tamen an-
num, quin hic fluxus, aut aliis, qui istum suppleret,
rediverit. feliciter pervenit. Quodsi aliquando salutari-
s, quin, in febribus aut chronicis etiam in mor-
bis pertinacibus, interdum critica sit hæc sanguini-
nis ex ano rejectio; læpe tamen, non adeo ob mor-
tem quam raro citius inducit, quam ob facilem
hydropem; tabem, ob intestini abscessus, ulceræ
fistulas, & aliquando gangrænas, periculi plena,
ac semper incommoda dicenda est. Fœminas non
paucas vidimus, quibus, cum menstrua secretio vix
a quindecim diebus siluisse; jam illa, hæmorrhoidales
per vias, alterno & constante satis ordine,
vel saepius in anno, successerit; nec exiguae huic
sexui molestias, quod supra monuimus, gravidita-
tis, ac partus sub tempore, venarum tumor ad
anum conspicuus imponit.

Quotiescumque vero legem habitudinis sub-
biverit hic fluxus; tunc, eodem incaute suppresso,
non aliter, quam ex menstruis supressis, haud
raro, insignes discrimine morbi, hæmorrhagiæ, in-
flammationes cerebri, faucium, pulmonum, ven-
triculi, intestinorum, renum, vesicæ, uteri, dyslu-
riæ, ischuriæ, vertigines, cephalæ, lumborum,
testium, coxarum, abdominis dolores, obstruc-
tiones, asthmata, paralyses, ac alia, innumera in-
commoda, — quæ tamen singula, non raro ejus-
dem causæ, quæ ipsas hæmorrhoides produxerat,
non veroistarum, effectus sunt, sequuntur.

Cura. Præter communia in curandis hæ-
morrhagiis alia præcepta causalrum & hic summa
habenda est ratio. In genere vero, his, quantum
licebit, remotis, & dispositione hoc in profluvium
pro viribus infracta, hæmorrhoides nascentes,
nec in morbi alterius subfidium apertæ, ne impe-
riosa tandem huic operi habitudo refragetur, di-
ver-

vertendæ; quæ nimia sunt, moderandæ; quæ ex contracta consuetudine fluunt, suppressionis a periculo arcendæ; symptomata vero, quæ sub variis his morbi positionibus urgent, frænanda sunt. Nunquam autem, in casu inprimis fortioris aut pertinacis profluvii, partis, ex qua hoc tecatur, inspeccio ac sollicita investigatio negligenda est; ne, si forsitan ex ani prolapi, ac tunica intestini interna strangulata languis ruat; notionis hujus defectu, recto artis auxilio defraudatus, succumbat malo ægrotus.

Quacumque vero cura in causis hæmorrhoidum avertendis, ad leges generales pro quovis profluvio arcendo iam traditas, versemur; vix tamen crux ad ultimum intestinum congestiones, nisi fæcum durarum in eodem collectio ac remora, nixusve ad illas expellendas necessitas evitentur, impeditre licebit. Hinc illa quæ alvum morigeram reddunt, nimia a cibis, in primis mollibus, & a potu aquoso abstinentia, sanguinea, acerba, crebrius aut largius ingesta, vita sedentaria æque ac nimia exercitia, alvi deponendæ, ob officiū studiique rationes, dilatio, fugienda sunt. Sub majore intestini siccitate, ante fæcum dejectionem, oleum lini, tremor latet dulcis, aut recens butyrum, ad unciam unam aut alteram, cum juscili carnis exigua portione, in anum mittatur; vel sub difficiliore excrementorum egestione, olei ricini americanæ portio, vel pulvis ex tremore tartari lloribusque sulphuris, aut tartari tartarifati portio modica, vel bis in die, vel decubitus ad horam, sumatur. Præterea diurna simul corporis erecti, vel incurvi positio, abdominis, partium aliarum, præcipue vero femorum, per vestes arctiores compressio, evitandæ sunt. Fœminis, puerorum a partu latatio, ne, ut ipsius uteri repletio ac lochia diurna, sic & vasorum, quæ ad anum sunt, localis plethora, ex illius neglectu oriatur, nisi alia hanc prohibeant, consulenda est. Si forsitan, sub alvi quidquam durioris egestione, interna recti intestini membrana pro-

prolabitur: ea illico sphincteris actioni violentia
subtrahenda, ac in anum reponenda est.

Si ex totius systematis hypersthenica af-
fektione venire hæmorrhoides, ex constitutione ho-
minum floridorum, succipelenorum, ex vitæ con-
ditione, ex tensionis universalis, pulsuumque ple-
norum, vibrantium ratione compareat, quod inter-
im satis rarum est; tunc, sub primis hunc ad
morbum moliminibus, quies animi, & corporis
horizontalis seu supina positio, vivendi ac meden-
di methodus debilitans, venæfæctio imprimis, ali-
quando replicanda, viætus tenuis, vegetabilis, po-
tus frigidæ, & quæ alvum sine stimulo conspicuo
evacuent, remedia, indicantur.

Quodsi vero asthenia universalis quidem,
sed major vasorum abdominis debilitas, crux in
his ipsis congestioni morbosæ anam porrexit;
tunc sane ab illis, quæ vires magis infringant, ab-
stinendum; ac ad ea, quæ has erigant, recurren-
dum est. Donec interim manifesta in profluvium
ex ano cruentum molimina quodammodo sedata
sint, a stimulis majoribus abstineamus in totum
oportet. Potus frigidusculus, clyster ex frida,
has turbas vel sola interdum component. Mitiora
posthinc excitantia, infusum aquosum ex achilleæ
millefolii summitatibus, vel ex floribus chamomillæ
romanæ, adjectis viginti circiter spiritus nitri dul-
cis guttulis, frictio levis abdominis, indicata sunt.
Ab his denique, amarorum ad utum, ad aquas
martiales, ad corticis peruviani infusum frigidum,
transeundum est. Si viscerum obliteratio hæmor-
rhoides progeneret; hæc ipsa, prout alibi decebi-
mus, removenda, vel saltem imminuenda est.

Si fortiora ad rectum intellectum hæmor-
rhoidalia urgent molimina; si calor, ardor, ar-
teriarum pullatio localis, dolorque magnus hanc
partem, os sacrum, lumbos divexit; si vel minimus
attactus, ingressus, fessio ipsa, molestias au-
gent, ac fæcum vix non in totum præpeditur eva-
cuatio; tunc instantis inflammationis, suppuratio-

nis, vel ipsius aliquando gangrenæ periculis, pro malo aut modo localis, aut universi systematis a vitio pendentis, vel energici, vel adynamici, indeole, pro violentiæ ratione, cum auxiliis modo non nisi topicis, nunc vero simul generalibus, atque tunc vel hyperæthriæ, vel astheniæ, prout saepius jam dictum est, oppositis, occurratur oportet. In primo casu, nisi jure habitudinis haec ista succedant, ac instans profluvium arcere inconnatum sit, fomentatio ex frigida, vel ex icta cum acetato saturni remista, locis tumentibus applicanda, ac saepius renovanda est. Sub magno interim tumore, dolore, ac sat longa harum partium affectione, emollientia sic dicta blandissima, unguentum ex butyro, pomadinum, butyrum cacao, cataplasma, ut vocant, anodinum, spongia ex latte tepido leniter expressa, mitior & pauca emulsionis arabicæ, tremoris lactis, butyracei clysteris, injectio, praferenda sunt. Nisi talia moderandis symptomatis sufficient, vapor aquæ tepidæ, vel, si ex vasorum hæmorrhoidalium repletione nimia, ipsa urinæ via intercipiatur; quin asthenica morbi indoles hoc impedit, hirudines decem, vel plures ad anum ponantur, ac ipsa sic vasa istius depleantur, necesse est. Quodsi tamen major jam tumor varicosas has partes occupet, si varicis aut sacci hæmorrhoidalis membranæ densiores mortui hirudinum resistant, ac penetrari ab ipsis non possint, vel si crux concretus hos tumores extendat, infarciat; tunc magis irritarent, quam prodecent inermes hirudines; sed lanceolæ, qua tumor incidatur ac sanguis condensatus educatur, requiritur auxilium.

Sunt, qui huic morbo jam diutius, ob solam membranæ internæ intestini laxitatem subjecti, non tam diræ quidem phlogosis ad anum symptomata, quam alvi egerendæ angustias ac stimulos, ex mole ac duritate tumorum insigni, patientur. His quidem tumoribus per cultrum apertis, modo breve adfertur solatum, & paucò temporis intervallo eadem, vel, quod ipsa cicatrix nunc magis restat,

stat, majores molestiæ recurrunt. Hinc optimo Vi-
ri quondam eximii consilio hos saccos hæmorrhoi-
dales cum sectione, aut si a collo seu peduncu-
lo tenuiore penderent cum ligatura extirpa-
ti, nos quoque cum felici successu curavimus.

Sub nimia crux ex ano jactura, ut in aliis profluviis, sic et in illo hæmorrhoidum, venæ sedatio, quæ sub diffcili & energico, sed sine virium col-
lapsu incidente, fluxu locum habere potest, exclu-
ditur; & vix non eadem ac illa, quæ in aliis pro-
fluviis interna,— & quæ in oris illo, externa
commendavimus, indicantur auxilia. Hinc æ-
groto supinum in situm ac ledulum duriorem depo-
lito, frigidæ ad anum, perinæum natesque fomen-
tationes apponendæ, gelida cum aceto remista, vel
sub majore, quod raro est, vitæ discrimine, alu-
minis, vitrioli albi modicæ solutiones, aut ipsum
vini alcohol, in anum injicienda sunt, vel simili-
bus imbuta spongia, vel durius adeo pessarium,
in anum ferenda sunt. Interdum, si extrorsum pre-
mat intestinum ægrotus, apertum vasis sanguiferi
foramen in conspectum chirurgi venit, & adstrin-
gens huic ipsi remedium admoveri conceditur.

Symptomata, quæ sanguinis ex ano jacturam
sequuntur, ab illis aliorum hujus generis morbo-
rum non differunt, ac eandem sibi medendi ratio-
nem exposcent.

Ut morbis ex hæmorrhoidum habitualium sup-
pressione oriundis medeamur: oportet tumi cau-
tas illarum primarias, tum suppressionis ipsius ra-
tiones, diligenti, nec facilis semper operæ, ex-
mini submittere, suamque cuivis methodum me-
dendi opponere. Difficile est localia profluvioru[m]
beneficia cum institutis per artem evacuationibus
supplere; & cum certis, quæ sanguinem ad vas
magis hæmorrhoidalia reducant, quam ad alia
convertant, remedii careamus: hinc patet, tot
pilulas, tinturas, & alia ex hellebori aloesque ex-
tradis, vel ex guimmiferulaceis parata medicamina,
tristillimos effectus, ac alia, ad partes magis no-
biles,

biles, lethalia interdum, profluvia minari. Hirudines aliquando suppressarum hæmorrhoidum turbas, ad anum applicitæ, cōponunt; aliis, aquæ minerales, amara, martialia, equitatio, — lenia aliis evacuantia per alvum remedia, semicupium, conducunt; quæ singula judicio ex traditis iam artis præceptis vel sponte hauriendo relinquimus.



ORDO III. GENUS VI.

HAEMATURIA.

Præter sanguinem, qui vesicæ, ureteribus, per proprias ac multiplices arterias adfertur, pene tertia pars sanguinis, aortæ inferioris, ac non multo minor, quam pars sexta totius massæ cruentæ, per arterias inter omnes fere fortissimas, ad renes decurrit. Talem certe pro amplissima urinæ secretione oportuit esse vasorum apparatus; atque dum impulsæ, sub experimentis anatomicis, in arteriam renalem materiæ, per ductus papillarum urinarios facillimus est transitus: magis, lane quod non saepissime, quam quod aliquando cruor has per vias aufugiat, mirabimur. Pars magna interim ægrotum, qui, sanguinem, aut sinerum, aut miltum cum lotio excernunt: hunc nequidem ex renibus, sed maxime ex vasis vesicæ, aut interdum uretrum ex vultulis, trahunt; ut igitur, si fluxus ab externa violentia, & a calculis oriundos, a spontaneis separamus; sub tanta profluvii cruenti ad renes occasione, austerior in istis, quam ullibi, excepto ventriculo, custodia sit vasorum. Quamvis etenim, in artis exercitio communi, apud lat multos, tintas a sanguine urinas conspexerimus, ac purum fere cruentem ex vesica fluxisse, nos quoque simus experti; inter quatuor tamen millia ægrotantium, quos, decem fere annorum spatio, rarissimis ex parte, & gravissimis ex morbis detentos,

pro

pro Clinici Ticinensis Instituto, ex majori nosodochio elegimus, sex modo, qui ex hæmaturia spontanea, vel ex mictu cruento laboraverint, in propriis diariis adnotatos nunc legimus. Inter mille nongentos & tredecim ægrotos in Clinico Instituto Vindobonensi a nobis, septem annorum spatio, publice pertraditos, modo unus hoc morbo erat affectus. Inter tredecim millia sexcentos & quadraginta septem homines in Nofocomio universali Vienensi defundos, non nisi unicum ex hæmaturia obisse reperimus. Minor interim morbi hoc nomine, venientis, apud nos ideo dicendus est numerus: quod urethræ profluvia cruenta, ut quæ mictum non sanguis, sed & clavo vesicæ Iphimætere profluiunt, cum hæmaturia confundere noluerimus; ac iplas adeo hæmorrhoides, ut vocant, vesicæ, nisi istius e cavo sanguinantes, eo nomine indigetas excluderimus.

Definitio. Per hæmaturiam igitur intelligimus vel sanguinis sinceri, plerumque liquidi, interdum grumosi, polyposi, -- vel urinæ cum croris nunc pauci, nunc multi, nunc pellucidi & pulchre rubentis, nunc obscuri, turbati, sanguinosi, nunc fere coacti, portione remissæ, ex propriis receptaculis profluvium, aut mictum cruentum.

Divisio. Vel ex renibus idcirco, vel ureterum ex tubis, vel demum ex ipsa vesica, scaturit crux, profluvii hoc genus constitutus. Sed cum non minus per vulnus inflictum, per ulcus, aut fistulam rerum, vesicæ, quam ipsam per urethram, sanguis aut solus, aut urinæ communitus, prorumpere consuevit: patet, non omnem hæmaturiam esse mictum cruentum, licet iste, ad illum sine dubio revocandus sit. Prout de aliis profluviis jam monuimus, sic & illud ex vix uriniferis, nunc quovis fere tempore, nunc certis sub periodis, — nunc morbo illarum primario nunc, & quidem frequentius, secundario, symptomatico, — nunc locali protus, nunc

vero totius systematis ex vitio, — atque hoc in casu, vel energico, vel adynamico — ac denum vel in ægroti salutem, vel in morbi alterius augmentum, contingit. Duo uobis hæmaturiæ cum urinæ incontinentia, ex paralyssi sphincteris vesicæ oriunda, complicatæ exempla oblata fuerunt.

Utroque in sexu hæmaturiæ exempla occurant; sed fœminæ, quo tempore menstrua præter ordinem silent, præ viris, nisi simili per annum effluxii quondam periodico subjectis, hæc profluvio sunt expositæ. Aetati senili, chronici vesicæ renunque morbi frequentius succedunt; sed hæmaturiæ ideo nos quidem senes non magis, quam alios, subjectos esse conspeximus. De pueris aut infantibus, hoc morbo, nisi forsitan ob calculos, correptis, nullum nobis exemplum memoria nunc suggerit. Nulla interdum calculi indicia subesse videuntur, cum tamen hac ipsa ex causa descendat cruentum ex renibus profluviu[m].

Symptomata. Nisi causæ manifestæ vel unum, vel alterum in viscus huic morbo subjectum magis egerint; obscura est, — non ipsius hæmaturiæ, sed sedis, unde sanguis scaturiat, cognitio. Vel etenim crux ex rene, uretere, in vesicam distillet; vel illius primum e vasis repullulet; totius mox systematis uriniferi functiones, tam ob consensu[m], quam mutui ob nexus rationes, in plurimis turbantur. Est scilicet, ubi sanguis sine ullo dolore, derepente, ac magnam ad copiam, mejatur; est, ubi renes sine sensu hunc fundant; sed velica, in qua crux suscep[t]us aliquando, in grumos convertitur, quos lumbi ignorant, dolores persentit. Ast illorum quoque molestias sepe provocat vesicæ, ut calculus, sic &, quem h[ab]i hæc ipsa paravit, aut grumus, aut polypus. Sub istis; exigua interdum hoc in viscere molestiæ sensatio, — sed in eo, qui urinam illi advehere non potest, uretere, — aut ipso, qui huic lotium commisit, in rene, summa est.

Sub renum interim prosluvio cruento, dolores, nisi calculus huic subsit, plerumque tam atroces non urgent; sed modo calor ingratus, gravitas & tensio lumborum, interdum febris lassitudo, praecedunt. Sanguis cum urina copiosior, sincerus, floridusque ab initio, secernitur, Exemplum tamen renalis profluvii, quod, ex menstruorum aberratione inductum, dolores in lumbis sat fortes excitavit, & quod simul morbi, decursum non parum illustrabit, ex clinici Instituti diariis depromtum, referemus. Incolumem satis, per triginta jam annos, vitam duxerat foemina, debiliiori compage inliruta, quæ, et si quovis bis mense copiosum ex utero cruentem periodice amitteret; septem nihilominus proles feliciter, & ad plenam inauritatem gestavit; nec aliud quid molestiae, quam lumborum, ut vocabat, debilitatem, continuo persensit. Hanc mulierem, quo scilicet tempore menstrua sibi instare credebat, sat levis febricula, & calor vespertinus; matutinas ad horas remissuri, invadunt; sed jam duas post dies, quin sanguis ex utero veniret, evanescunt. Fortissimus nunc ad lumborum regionem dolor, tensio, totius corporis, & extremitatum inferiorum potissime, ut gressus deficerent, debilitas, oris amaror, nausea, vomitatio succedunt. Mox, non sine premitu insolito, sanguinem cum urina, non multa, sed frequenter deponenda, sine quovis ardore, excrevit, si istam in velica colligeret, ponderis ad genitalia lensum percepit; emissa vero in matulam urina, copiosus ad fundum sanguis subsedit. Per octo haec dies continuant; cum suauem medici & venam fibi tundi, & cassiae pulpam assumere curraret. Symptomata, quæ diximus, molesta, his cedunt auxiliis; sed cruentis imminuitur quidem, non vero cessat profluvium. Nunc ad clinicum Institutum sele deferri curavit, & examini subiecta, oculorum, ad canthos internos, livorem, genarum rubores, dentes aggingivis spongiosis, ac alevi frictione sanguinem fundentibus delertos, & suis in alveolis vacillantes,

animam fœtentem, cutis siccitatem, ad renum regionem dolores, suffocationis hinc inde tensum, pulsus exiguos, sed minime frequentes, ac multum in urinis cruorem, ut morbi prælentis symptomata, exhibuit. Emulsiæ arabica, cum sero lactis pro potu, præscripta fuit. Ad noctem quievit, vas magnum cum urina, ad cuius fundum, cruris pars crassior hætere, clarior vero huic ipsi, quasi oleum aquæ infusum, supernatare observatur, replevit. Corticis peruviani nunc decoctum, & aqua cum acidii sulphurici portione remista pro potu, porrigitur. Die tertia, majorem urinæ, hæternæ similis, quantitatem excrevit; dolores aliqui hinc inde lumbos divexant; arteriæ, exiguæ, frequentius nunc pulsant. Corticis chinæ decoctum continuat; serum lactis cum alumine paratum pro potu, ac vietus paulo largior imperantur. Post prandium, horror aliquis lucidus, quater alvum simulque urinam deponit; dolores coxas transversim afficiunt. Ad noctem sudat; languinis in lotio copia imminuitur, dolores coxarum dilparent. Die quarta, pullus haud multum sanis dissimiles. Medicinam continuat. Die quinta, vasa duo cum urina implevit, in quorum prima, sanguinis atri ac vetusti portio exigua, — in altero, sedimentum puriforme ad fundum hærebant; dolor aliquis hypochondrii sinistri accessit, ab attacitu augendus; sed hunc sudor ad noctem, alvusque bis mota dissiparunt; & paucas post dies ægrotta, a morbo restituta, clinicum Institutum deseruit.

Quod si etiam cruris copiosi fluxus, hæmaturia e renalis inter signa referatur, nil tamen obstat, quin & paucus ex renibus sanguis distillet; ac si floridum ex illis cruorem depluere dicamus: hoc saltem sub morbi principio, non sub fine, sic erit; nec delunt lotii, post renis inflammationem, colore atro exeuntis, quæ de sanguine in pulvrum renalem vi morbi effuso, ac stagnante teneantur, felicia non raro exempla.

Hæmaturiae uretericæ signa, nisi illa ex calculo, his angustis in viis hærente, aut ex violentia, ureterum regioni illata accedant, certitudinem modo parvam largiuntur. Interim si paucus, qualis e vasculis hujus tubi minoribus venire potest, & cum doloris, per tractum illius, a lumbris ad vesicæ regionem, extensi, sensu, crux cum urinis reddatur; si ipse forsitan ægrotus, locum ex quo humor sibi distillare videatur, indicaverit; non absconum est, hanc sedem profluvii supponere. Ureteres interdum, a calculis præcipue, collectis inflammantur, ac ipsorum hac in parte abscessuum, habentur exempla. Sub istis igitur & sanguinem & materiam purulentam effluere, non mirum est, sed atrociora, quam ~~in~~ simplici profluvio cruento, symptomata hic diagnosis confirmant.

Cruor vero aut ipso ex rene susceptus, aut ureteris ex vasculis expulsus, si ad vesicam descendere non potest, in grumos, nunc informes, nunc in cylindros quasi organicos; aut in tenuem, ac aescaridis fere lumbricoidis figuræ æqualem, polypum, nunc bruneo aut subnigro colore instratum, nunc ex flavo albescentem, facilime concrevit: quo facto, vel hunc canalem continuo obturat; vel sanguine, parte media, per allidentem urinam, ablato, & in vesicam deducto, alteram in ipso uretere pro lotio canalem constituit; vel utraque sub forma sensim sensimque in vesicam, interdum per urethram, longissimus, expellitur, & hujus phœnomeni ignaris, vermis faciem renalis, vesicalis, offerre videtur. Quamcunque vero ob causam sanguinis ex rene iter in vesicam, prope istam, intercipitur: ad magnam ureter illius lateris diametrum extenditur: quam triplo maiorem naturali in quibusdam, — in alio, tenuis intestini amplitudinem habuisse, nos ipsi quoque conspicimus.

Sensilissimum vesica viscus est, quod, et si a consueto urinæ stimulo modo parum excitetur; a re tameu quavis, blandissima quidem, sed insoluta,

ta, violentos in motus abripitur. Hinc a sanguine non minus, qui visceris illius e vasis egressum molitur, quam ab eo, quem aut propriis, aut alienis e canalibus fugientem luscepit, symptomata oriuntur, quae vesicalem, præ aliis, hæmaturiam fat sœpe distinguunt. Prima fere, apud multos, ex illis, sunt: major vesicæ ad stimulos urinæ paucioris sensibilitas, mihiusque non modo solito frequentior; sed majori simul cum conatu absolutus, angustiæ, tensionis, caloris, ardoris in hypogastrio sensus, materiæ tenacissimæ, puriformis, oientis, urinæ ad fundum ruentis, excretio, ac singula quasi mitioris, & chronicæ cystitidis phænomena. Autò in arterias venasque infarctas, varicosas, sub impetu, vel & mutata sanguinis stagnantis indole, in immensum non raro dolores hypogastrii, perinæi, lumborum, increscunt, anxietas, spirandi difficultas, nausea, vomendi conatus, ipseque vomitus, febrilia hinc inde symptomata, cum pulsu frequente, contracto, animi deliquia, sudores frigidæ, succedunt; ac, pro sede valorum, hujus cavi superficie tumentium, diversa, nunc urinæ retinendæ difficultas, nunc vero continuus mejendi nifus, dysuria, stranguria, tenesmus ad anum, vel & ipsa urinæ retentio, sequuntur. Sub tam dira ægrotantis positione, sanguis tandem cum lotio, plerumque haud plurimus, sed obscurior, aut nigricans, minusque illo, qui ex renibus, cum urina bene mistus, descendit, fluidus, — licet nec in istis quid perpetuum sit, excernitur. Nunc descripta plerumque mitigantur symptomata, ac urinæ clariiores minusque cruentæ, liberius redduntur: cum repente istarum curlus in multis, a grumo, aut materia polyposa ad vesicæ cervicem detrusis, compactis, intercipitur, ac nifus quasi mulieris a partus doloribus prehensæ, sœpe vani, ac intollerabili, viros inprimis, cruciatu vexantes, sequuntur. Sub istis interim sanguinis coacti frustulum, aut polyposæ portio materiæ per urethram quorundam, non sine violentia extensam dolentemque ex-

pri-

primitur; aut sanguis ater ac densus, nec raro materia puriformi onuslus, vix ad matulam delabitur; cum illico istius ad fundum præcipitat, crastumque, & a lotio, cruento quidem, sed minus obscurò, nec raro pellucido, distinctum sedimentum, altitudinis conspicuæ, constituat.

Atque hoc est, quod plures vesicæ hæmorrhoides dixerunt. In multis sane, qui plethora in vasis ani locali laborant, hæc ipsa ad ejusdem profundiæ vasa cervicis vesicalis extenditur, atque nunc hujus visceris in cavum, nunc in urethræ, huic ipsi contiguæ, principia depletur; sed & sine recti intestini vitio, aut latenter quin illinc id sit genitum, quidquid ipsius non raro ex uteri culmine, profluvia vesicam cruenta invadunt; ac sæpius, qui ex fonte hæmorrhoidalí levatur, cruor: hic, vesicæ non inundat cavum; sed lotius ex urethræ vasis, cervici vesicæ propinquis sine misere excernitur, ac sponte distillat.

Etsi vero tam diros, duce experientia, hæmaturiæ vesicali effectus tribuerimus; vidimus nihilominus cruentem, sub manifesta satis ejusdem ex ipsa vesica scaturigine, sine conspicua molestia, ac fere quovis sine nixu, cum urinis per urethram venisse; nec desunt, qui sanguinem vesicæ, easdem, quam ex utero, vel ano haud pridem solebant, ad periodos, & vix majore sub salutis incommodo, excernant.

Sed quemadmodum ex renibus, ureteribus, in vesicam delapsus cruentus, hæmaturiam interdum vesicalem mentitur: ita gravia subinde in ipso lotii receptaculo vitia & cruenti causæ profluvii, quæ renibus affectis immerito tribuuntur, quod proprii in diagnosi erroris exemplo illustrabimus lateſcant.

Quadragesimum & octavum ætatis annum attingerat vir crapulis affuetus, morbisque hinc inde inflammatoris vexatus. Hunc, frigus, calor, febrisque vaga invadunt; sub quibus, quin ullus ad pubem, ad lumbos dolor præcesserit, sanguinem per vices cum urinis, interdum vero has solas ac illo

illo immunes, per urethram ægrotus emittit. Sic febris, sub oris aliquo amarore, ipsumque profluviū cruentum sat validum, continuant. Accedunt his, testiculi retractio, & cruris movendi difficultas: quæ tandem, emollientis decocti sub usu, ipsa cum febre, disparent symptomata; ac modo aliquem ventriculi inprimis dolorem, & corporis totius inertiam relinquunt. Post septem fere menses, præviis ad coxam dextram crista^{mque} ilii doloribus, ad noctem atrocibus, testiculi ejusdem lateris retractione, urinæ retentio inopinato succedit. Sub nisu fortiore, sanguis densus cum urina, ac tandem sincerus, per urethram expellitur. Hæc duas pœ dies ita continuant, & jam clarior urina reddebatur: cum illico major iterum cruoris, mox matulæ ad fundum ruentis, copia cum urinis prodiret. Post longum satis tempus, ad pristinum ex malva decoctum, ac tandem, medici alterius consilio, venæsectionis ad auxilium confugit, gummi que arabicum assumit. Morbus ab istis imminui, ac urinæ minus tinctæ effluere videntur; sed tandem, insigni sub macie, debilitate, ad clinicum Institutum devehitur. Apparet mox nasus varicibus notatus; lingua, sine siti, est sicca; tussis adeat & nausea; ructus multi, ac alvus bis terve in die, moventur; venter est mollis; dolores coxam, cristamque ilii divexant, ad vesicam, ad lumbos nulli; regio hypogastrica compressa haud dolet; testiculus retractus, sub mihi nulla difficultas, sed aliquis ad urethram ardor est; cruris nunc stupor nullus. Sub istis, cruor cum urinis effluere continuat, & aliquot ad fundum valis grumi colliguntur. Arenulas hic æger nunquam, nec calculos excrevit; nec unquam in vita hæmorrhoides, nec morbum genitalium expertus est. Febris modo pauca nunc urget. De causis sciscitatus, — has, nisi vini abusus, aut ponderis majoris, a quo interim nullos ad lumbos dolores pœnelerit, gestatio, hos effectus habuissent, sibi protinus ignotas esse, testatur. Valorum ad nasum conditio, nos, ut

ut similem in vasis vesicæ statum varicosum suspicaremur, inducere potuisset; sed testiculi retractio, cruris quondam motus impeditus, coxae iliique dolores, ut calculi in rene, vel in ejus uretere hærentis suspicionem alertemus, commovit. Extensa nimis eli, quam ut omnem hic exscribere velimus, hujus morbi lethalis historia; sed sufficit monuisse, ægrotum urinas nunc profunde, nunc laetè rubentes minxisse; nunc grumos in illis, nunc nullos subledisse; abdominis interdum dolores, sed breves, nec attacu crescentes, accusasse; hos interdum dolores, per funiculum spermaticum descendisse, ac tandem quoque dexterum ad renem pertigisse; urinas, ubi alvus filuisset, crassioris, magisque abundantes exivisse; debilitatem ac maciem quotidie augmentum habuisse. Aliquando, cum, ob urinam suppressam, ob tumentem, dolentemque nunc vesicam, catheteris ad usum venissemus: summus dolor ab isto, quin obstaculum illius intromissionem impediret, aut redderet difficilem, successit: ab eodem extracto, mox copiosa urina, vel sponte, fecessit. Sub auctis tandem, & continuis ad renem, nunc utrumque, doloribus, simul vomitus accessit. Sub fine morbi, per menses extensi, & febris, & summa jaæatio, & ventris, hypogastræ in primis durities, anxietas continua, dispnoea, sopores, in conspectum venerunt; donec optata, sub tantis aerumnis, mors, finem vitæ imponeret. Sequentia cadaveris nos seæcio edocuit: intestina, puriformi humore obducta, undique inter se ipsa cohærent, & nexus morboso instruta sunt. Vesicæ tumor insignis omnem fere pelvim explere videtur. Ren uterque sine labe est, nec ullibi vel calculi, vel morbi alterius vestigia offert. Ureteres dilatati; dexter vero ex ipsis, ad pollicis magnitudinem & ultra, extensus est. Vesica urinalis callosa, scirrhosa, quam pathologicum nunc muleum Ticinense conservat, atro exterius colore notatur. In cavo hujus visceris, ichor permultus, foetidissimus

mus, ulceræ cancrosa, simulque gangræna comparent.

Quodsi tanta interdum dubia de se e profluviis cruenti ex viis uriniferis, nos premant; istius adeo diagnosis, ubi minor modo sanguinis cum urina fecedit copia, difficultate non omni destituta est. Sub fluxu menstruo, lochiali, fœminarum urinæ plerumque a cruento tinguntur. Quodsi sub statu salutis, hoc neminem medicorum, ut illum ex vesica venisse credat, inducit; in morbo tamen urinæ vias premente, num simul ex istis, num solo ex utero, sanguis descendat, dubio locus esse potest. Profundissimo & ex rubro fere atro colore tintas, turbidæ que, in febribus haud paucis, urinas, quin sanguinem contineant, non raro observamus. Sæpe rolei, aut vere rubri coloris sedimentum in febribus intermittentibus, aut continuis, quin ipso, ut vidimus, sub hydrope, vel & post cacti opuntiæ esum, in urinis comparet; nec tamen crux hunc ad ruborem vel minimum contribuit. Pauca interim cum urinis instituta experimenta, hæc dubia difficulter non solvunt. Linteum, quod lotio immittimus, colorem sanguinis mox prodit. Si ab aliis, quam a sanguine, contentis urina tingatur: tunc hæc ipsa, quam primum emissa fuit, clara & pellucida apparet; sedimentum, quod tandem deponit, calore urinæ admoto, ab ista mox solvit, ac pristinus huic redit color pellucidus. Si crux cum urina commixta est, obscura tunc ea mingitur & opaca; sedimentum crassum ex rubro nigricans, interdum grumosum, nec ab urina, calori naturali exposita, resolvendum, deponit. Si aquæ ebullientis calori urina, quæ sanguinem suscepit, exponitur: pars lymphatica istius, coagulum subibit. Cum vero chymico egregio, qui nobis, Ticini, ad lectulos ægrotantium verlantibus, ad latus fuit, ac humorum animalium per morbos mutatorum indolem, prout jubebat occasio, cum magna sagacitate exploravit, cruentam ægroti urinam, ut attento eandem examini submitteret, exhiberi curaſ-ic.

semus; sequentem hic nobis de suis experimentis relationem communicavit: „Acidum sulphuricum, hanc urinam vel minime cœgit; sed nigricantem in ea colorem induxit. Nihil acida muriatica, tum oxygenata, tum non oxygenata, hoc en fluido mutarunt; ab acido vero nitrico, coagulum hoc idem expertum est, & flocci hinc illinc in medio urinæ suspendi, alii præcipitari ad fundum, conspecti sunt. Gratissimus tunc odor liquori concessus est. Vini alcohol laetescensem mox reddidit urinam, floccosque rubri, sed pallidi coloris, ab eadem separavit. Aluminis solutio, ab initio, urinam spissiorem, ac simul magis pallidam reddidisse est vila; mox vero, prillina eidem restituta est tenuitas, color rubniger accessit, & aliquæ quasi striæ coloris atri ad fundum vasis depositæ fuerunt. Ebullientis vero aquæ calori commixto lotio, mox fili colore quasi carneo ac rubro instructi, cocto sanguini non absimiles, vasis ad fundum ruerant. Coadæ hujus materiæ, ex quatuor modo unciis urinæ, grana quadraginta & octo impetrata fuerunt.”

Causæ. Profluviorum rationes jam adductæ, communes, partim vero illæ, quas hæmorrhoidal profluvio subesse monuimus, hæmaturiæ quoque illas constituant; interim in vias uriniferas magis agunt, ex iis, quæ externæ sunt, lapsus in renum, ureterum, vesicæ, perinæi regiones, percussio, contusio, luxatio earundem, luxatio vertebrarum lumbalium, fractura, equitatio violenta, protracta, vedio in rheda per vias saxis, nixus fortior tubulatione, ponderis gelatione, partu difficulti, impetuoso sub vomitu. Ex causis internis, præcipuae sunt: renum, ureterum, vesicæ calculus, inflammatio, abscessus, ulceræ, induratio, callus, scirrhous, carcinoma, calculi sectio; sanguinis excretio naturalis, conluenta, impressis hæmorrhoidum, menstruorum, suppressa, diuretica fortiora, meloës vilicatorius, majalis, præcipue. Etiam vero suspicæ sint non paucæ de ver-

mibus vesica urinaria excretis historiæ ; proprium tamen filii, natu minoris, morte eheu ! præpoliter mihi & literis erepti, experimento , sub canis vivi sectione instituto , alcarides , ut jam alibi est monitum , duos, eosque maximos , alcaridem gigantem equorum æmulantes , ruberrimos , ex sani animalis vesica depromtos , conspexi , & attento examini subjeci ; nec deflunt aliorum, fidei non fulpedæ , similia de canibus , ac ipso de homine , exempla . Ex ballami peruviani quantitate conspicua , per jocum sub potu cioccolatæ , ut vocant , porrecti , paucas post horas sanguinem cum urina fluxisse novimus . Sic cisti laurifolii elus in ovibus , — aut ille variarum rannunculi specierum in vaccis , hæmaturiæ occasionem frequenter dederunt . Exemplum hæmaturiæ ex rheumate manifesto oriundæ , in Clinico Instituto Papiæ , habuimus . Similia , pessimæque certe indolis mala , scorbutus febres nervosæ exanthemata , imprimis variolæ , inducunt . Ex quinquaginta animalibus , in quib[us] trans fusionis lulcepta fuit operatio : virginu[m] hæmaturiam esse passa , referuntur . Aliquando cruorem ex urinæ receptaculis cum summo ægrotantis emolumen- to prorupisse , id , indeolem profluvii talis hyper- lithenica in fuille , argumento esse posset ; nisi forsan alterius , nunc suppressi , ratio profluvii , illud consuetudinis folius lege alia excitaverit . Sex inter ægros , quos hæmaturia correptos , in Clinico Ticiensi Instituto tractavimus , tres , crapulæ præter modum dediti fuerunt . Nimia quoque venus in dispolitis hunc ad morbum hominibus , hic spectat : quæ licet viris frequentius quam fœminis , & potius ex urethra , quam ex renibus , aut vesica , languinem eliciat ; conspicuo tamen fœminæ potatricis ac maxime falacis , ad vaginam , — alia sine causa , quam quod menstrua nunc simul essent suppressa , continuo dolentis , ac languorem copiose mingentis , exemplo , hæmaturiæ & in se- xu sequiori , ut causa confirmatur .

Prognosis. Nisi causæ hæmaturiæ fortiores, sed cruenti modo fluxus alterius suppressio, hyperæthenica conditio, validum corporis, sib[us] ista, exercitium, spirituorum brevis abusus, eaudein, moderatam, nec febre, nec doloribus stipatam, nec læpius, ut hoc quoque profluvium nimis facile solet, redeuntem, induxerint; non tanti hic morbus momenti semper esse censendus est. Ominosus est ille, si cauæ, ex quibus pendet, afferri non queant. Hic renum, ureterum majori a calculo, — ictorum, ac vesicæ, ab ulcere affectio, quamplurimo vitæ discrimine, si profluvium cruentum, lanosum, accedit, est juncta. Hæmaturia, quæ febri althenicæ, variolis, accedit, plerumque lethalis est. Vidimus quidem in pueri variolis affecto, nigram sere ac sanguineam urinam sine tanto periculo excretam; sed puer bene præmagno instrudus erat: sib[us] quo rerum statu, urinæ nigrae non tanta quidem indicant in omnibus discriminatione. Non minora hæc erunt, si ex scorbuto descendat; vel in lenibus exhaustisque hominibus contingat ex viis uriniferis profluvium. Sed nec leviori sib[us] morbo deest illud saltem, ne grumus sanguinis urinæ fluxum avertat, vel ne in renibus, vesica latefcens, futuro nucleum pro calculo exhibeat, periculum. Hæmaturiam frequentem, ubi ~~ore~~orem, ut alia profluvia cruenta, tum hydrops, tum febris lenta, ac tabes sequuntur.

Cura. Cum toties aliorum effectu morborum, de quibus hic sermo esse nequit, hæmaturia compareat; & cum facile sit ex traditis profluviorum curandorum præceptis, ea, quæ ad illam pertinent, eruere, hinc sequentia hic breviter monuisse sufficiet. In ea, quæ hyperæthenica est, nec sanguis jacturam jam nimis viribus insufflant induxit, hæmaturia, remotis, aut latenter intraditis illis, quæ morbum excitaverint, continent, venæfæctio, ac alia, quæ vim nimiam vitalem infringant, auxilia indicantur. Nullo certe in calu, aut nitrum, aut saha, quæ stimulum in vias urinariae.

feras augerent, usum habebunt; illa vero, quæ alvum blande relaxent, serum lactis tamarindinatum, ut vocant, solutio mannae, clyster emolliens, non calidus, nec ob copiam vicinis intestino renibus molestus condudent. Sub dolore lumborum in primis, præter ista, cucurbitulæ scarificatæ, renum regioni applicandæ sunt. Si major vasorum hæmorrhoidalium repletio contiguos simul vesicæ canales distendat, ac sanguine hoc viscus inundet: hirudines ad anum poneundæ, ac venæ redi intestini deplendæ sunt. Ubi major jam ex nimio profluvio debilitas comparet, aut asthenicae hoc ipsum est indolis: tunc ad ea, quæ suo cum stimulo fugam cruxis cohibeant, veniendum est. Hinc elixic vitrioli cum frigida remisum, pulvis Doveri, herbæ digitalis purpureæ infusum, cum aqua, vel & tinctura cinanomi, decoctum corticis peruviani cum ejusdem extracto aquoso, vitriolum martis, serum lactis cum alumine paratum, gummi Kino, tentari merentur. Nec minora promittunt fomentatio partis, ex qua profluviū scaturue arbitramur, cum frigida, vel glacie contusa, clyster frigidus ex aceto & aqua injectus.

Si cantharidum ex stimulo, vel jalio ab acri ingestu, profluviū descendat: emulsio amygdalina cum gummi arabico, decoctum radicis falep, altheæ, & compositi ex simili materia clysteres præferri merentur.

Quam atrox a calculo renibus impasto dolor provocaverit, hanc opio, tam ore ingesto, quam per anum injecto, potu demulcente, semicupiis, aut fomentis emollientibus, ut vocant, compescere interdum licebit hæmaturiam. Si haec a calcato vesicam stimulante originem habuerit: non est aliud, quod redditurum tam facile hac ex causa profluviū præveniat, quam sectionis; sedatis, primum profluviī turbis ac effedibus, sufficiendæ præsidium.

Si forsitan a grumo, vel concretione polyposa, ad collum vesicæ detrusis, urinæ sequatur

tur suppessio: catheteris tuuc ad locum usque obturatum, non facile ulterius, sub majore cautela introduci ope, hoc obstraculum solvendum est. Interdum ea, quæ languinem grumolum diluere, relaxare queant, in ipsum vesicæ cavum injiciantur oportet. Nonnullus vapor ex sella perforata perinæo aliquoties in die admissus, liberum urinæ fluxum restituit.

Hoc tandem profluvio superato, effectus ejusdem, ad leges jam traditas tollendi sunt.

ORDO III. GENUS VII.

URETHRORRHAGIA.

Conspicua peni vasa concessa sunt, quæ sanguinem, tum ad ejus nutritionem ac vitam adducunt revehuntque; tum, — nullibi tam manifesto nervorum in cruris distributionem imperio, — velocissimi torrentis in modum, ut aptam generationi in molem ac duritiem exsurgat, ad veretrum præcipitant; ac, vel opere conseruo, vel incussis animo terrore, metu, verecundia, odio, æquali celeritate hac a parte derivant. Non igitur, mirabimur, si majora hinc inde, ac adeo lethalia, ex virga genitali vulnerata, recisa, inflammata, suppurata, exesa, — aut ex arteriis venisque illius nimium stimulatis, extensis, vel etiam diruptis, tam externa, quam interna profluvia oriantur; atque haec ultima idcirco, quorum aliqua a nobis exempla jam allata fuerunt, ut genus ab haematuria distinctum, nec satis quondam ac prosua dignitate a Pathologis excultum, hic nobis consideranda proponimus. Stymatosis vero nomine, quod *Vogelius* huic morbo imposuit, non tam originem is profluvii, quam, sub quibus hoc oritur interdum, tentiginem, priapismum, exprimere videtur; & cum flaccido non minus pene, quam rigente, sanguis ex urethræ meatus prorumpat; hinc phallorrhagiam magis vere, externam, de qua hic loqui non possumus,

ex glande corroso, præputio, aliis penis ipsius locis, cruris jacturam, — sanguinis vero ex urethra profluvium urethrorrhagiam appellare maluimus.

Definitio. Urethrorrhagiam hinc dicimus profluvium cruentum ex urethra, quod clauso etiam vesicæ ostio, hac ex fistula scaturit, ac sine mictionis conatu absolvitur.

Divisio. Hoc vero profluvium, aut ipsa ex urethra, aut ex partibus contiguis, ac vel semper, vel per morbum, in illam apertis, proficiuntur. Quodsi crux ex urethræ superficie scaturiat; vel anteriore magis, vel posteriore ejusdem in loco sedes est profluvii. Partes urethræ contiguæ, ac istius in canalem hiantes, sunt: pars infima cervicis vesicæ, per pseudosphynderis fibras a cavo istius exclusa, seu commune vesicæ ac urethræ principium, prostata, ductus deferentes, cum inertis sibi vesicularum seminalium ductibus excretoriis: quæ partes, ubi sanguinem suis e vasculis amittunt; hunc in patulum sibi urethræ canalem erudant. Num ipsa ex testium substantia, non raro contusa, conquausta, interdum semen cruentum per ductus deferentes suscepit, ad urethram ascendat, ac seminales in vesiculos refluat, incertum est; sed omnino phlogosis ad urethræ partem posteriorem residens, ductuum deferentium extrema, sat longum per tractum aliquando, sub epididymis inflammatione, ut novimus, occupavit; nec defuit ejusdem per vesiculos seminales expansæ, ac adeo in ulcus converlæ exempla: quo rerum sub statu, profluiis favente, & sanguis sua vascula deserere, ac in urethram defiri posse videtur. Interdum urethræ non modo vasa, sed ipsæ adeo membranæ lœduntur, rumpuntur, exeduntur; ac sanguis ex vasculis telæ cellularis hunc canalem ambientis, in eundem prorumpit; vel adeo cum urina sub misu in urethram impulsa, intermedia corporibus cavernosis per spatio cellularia, ad penes exteriora, & ipsum, ut vidimus, ad scrotum,

ad perinaeum aliquando, descendit. Inter alias vero profluviorum diversitates, huic quoque fluxui cruento partim communes, periodica ejusdem in quibusdam hominibus indoles attentionem sibi meretur: quo sub casu, plerumque ex locis ipsi vesicæ cervici vicinis, & ex vasis, cum illis recti intestini anastomosi conjunctis, cruar derivatur; & ex fluxu hæmorrhoidum suppresso originem trahit. In fœminis hic morbus, sicut certe ad vesicam, profluvium cruentum, ita forsitan ad urethram, ex sanguinis uterini errore, aliquando contingit; sed, ob facile cruaris, per declivem genitalium superficiem, ad ostium vaginæ defluvium, difficilius distinguitur.

S y m p t o m a t a. Pro variis profluvii ex urethra origine & causis, symptomata hujus morbi nunc mitissima sunt, ac languis vix non inscio homine, penis ex ostio purus distillat; nunc vero ardor, calor, tensio, pruritus, dolor, hanc ad fistulam, aut penis erekto violenta priapismus, stadium medorrhœæ acutæ inflammatorium, chorda, aut tensivus in inguine ac femoribus dolor, præcedunt; mox autem sanguis cum impetu ex eadem præcipitat. Cum vero cruar ex ipso vesicæ cavo descendens, nisi læsum sit sphyncteris officium, non aliter, quam voluntatis sub arbitrio, ac mihiionis sub opere, per urethram reddatur; proprium istius profluvium, clauso licet vesicæ ostio, ac ipso adeo sub somno subinde, contingit; nunc illico supprimitur; nunc per horas, dies, quin per hebdomadas, continuat; nunc ordine periodico revertitur; nunc modo sub coitu, aut a seminis ejaculatione peracta, occurrit. Violentam nos in Clinico Instituto Ticinensi ex pene hæmorrhagiam observavimus, quam, et si jam alibi ejusdem mentionem injecerimus, juvat tamen ob symptomatum graviorum dignitatem paulo fusiis hic exponere. Vir admodum robustus ac annum quadragesimum cum octavo attingens, incolumem hucusque, si medorrhœam urethralem acutam, ex contagio venientem,

ejus,

ejusque effectus excipiamus, vitam transegit. Chronicum hæc urethræ affectio in fluxum abiverat: cum, quatuor demum posse menses, bubo utroque in inguine comparuerit, qui lentius incedens, ac prorsus neglectus, suppuratus est. Interea chronicæ medorihæa nec minimum cessavit; sed novem alios per menses, protracta, tandem sine medico auxilio disparuit, ac sanitas perfecta restituta est. Pristinæ ex fœminarum commercio multæ non immemor, per undecim has annos evitavit, ac illæsæ premio salutis gavilus est; vix autem ad illas reverlus, eandem ac pridem culpæ pœnam dedit, ac iterum acutam, — eadem vero neglecta, chronicam iterum medorrhœam contraxit. Ab ista, sex jam per menses, vexatus, venerem majore quondam cum impetu coluit: cum illico ex penis ostio sanguis cum tanta violentia, ut quinque circiter ejusdem libras hoc modo amitteret, proruperit. In syncopen tunc incidit: qua demum cessante, sævissimi dolores ad pubem, universum ad penem, & simul ad scrotum, insurgunt. Sub ipsis, illico & scrotum & ipsum abdomen in conspicuum tumorem elevantur; debilitas, anxietas succedunt. Interea sanguis guttatum ex urethra distillat; urinam cum sensu ardoris, interdum inscius, excernit. Scrotum nunc magis tumet, calet, ac rubet; sed quinque per dies hæc dira symptomata sine medico auxilio perdurant: quo tempore in Clinicum Institutum, viribus exhaustus, defertur. Abdomen turget, ac eodem cum digitis percusso, aquarum fluctuatio percipitur; regio pubis, in tumorem elevata, calet, rubet, ac inprimis ad penis radicem dolet; inguina rubeescunt; glandulæ haud infarctæ sunt. Penis aliquando tumet, ac præputio in phymosin contracto, inflato, subrubro, velatur. Profluvium ex pene cruentum nunc suspenditur. Scrotum, dextra in parte prætumidum, tensum, calens, ruberrimum, sine sævis doloribus attactum haud perfert; a tussi, licet rara, illi ad pubem ac inguina valdopere augmentur; pulsus exigui sunt simulque frequentes.

Mox

Mox scrotum, cum lacte fovendum, suspensorio sat ample comittimus, cataplasma pubi imponimus, alvum cum clystere referamus, ac tenuem cum gummi arabico potum, præter juscula ex carnis nutrientia præscribimus. Vix aliquod levamen postridie symptomata habebant; dolor interim ad pubem quodammodo remisit; accessit dolor capitis. Fomentatio nunc scroto ex herbis aromaticis, aquæ infusis, imponitur. Nox valde inquieta succedit: urinam, sub insigni dolore, cruentam ægrotus mingit, simulque sanguinis portionem guttatum, sine mihi, ex urethra profundit, inquietus est, ac alvum septies deponit. Die tertia, urinam summa cum difficultate excernit; pulsus durus est ac frequens; scrotum mole paulisper immutatum est, & minus ab attacu abhorret. Cataplasma cum aqua vegeto minerali paratum pubi adponitur. Nox inquieta denuo insequitur: dolores ad urethram, ad penis radicem, & ad scrotum augentur; sed sanguis ex urethra effluere cessat. Eodem sub statu per quatuor fere dies ægrotus permanuit; scroti interim tumor quidquam decrevit, ac summus ad hanc partem pruritus accessit. Manifesta nunc in scroto percipitur fluctuatio, dolorque pulsans in eodem percipitur, ipsoque sub mihi augeatur. Hinc sectio, quo loco tumor scroti quidquam prominebat, instituta est. Effluxit humor, primum pellucidus ac flavus, mox albescens, tandemque puriformis ac densus. Ad noctem, dolor, pulsatio in scroto cessarunt, ac de paucis urethrae ardore sub mihi conquestus est ægrotus; sed major sub isto, materiæ puriformis & flavæ ex scroto effluxus observatur, ac tandem, cum parum urinæ ex urethra guttatum effluxerit, copiosum ac evidenter illius, sub mihi, per scrotum effluxum percipimus. Sed novus nunc tumor sinistram scroti ad partem suboritur: quem, satis evidenter fluctuantem, aperiri, ut primum, curamus. Sex circiter humoris fœtentis, purulenti exinde eductæ sunt unciae. Catheterem ex gummi elatico in urethram

conduci jubemus; sed ipso pubis sub arcu, quo loco penis a proprio ligamento suspenditur, oblatum sese eidem opponit. Hinc ope specilli, in scroti yulnus inquisivit, atque hoc inter & pubem suppurratam, finum detexit celebris Chirurgus: quo finu in longum aperto, simul urethræ laceratæ, & qua lotium ad scrotum descenderat, comparuit, ac brevi temporis intervallo saquata est divisio. Cœterum non rarum est in medorrhœa acuta vel mente, in primis ea, quam sicciam vocarunt, vel in illa, quæ cum penis curvatura incedit, sanguinem sincerum ac multum, plerumque sine danno, & cum magno dolorum moderamine, prorumpere. Sunt, ut diximus, qui, vel semper, quoties semen ejaculant, quod rarum est, vel ob coitum frequentius, quam par est, repetitum, loco seminis, cruentum modo liquorem ex urethra ejaculent, aut etiam e collapsu jam pene quamplurimum profundant. Quibus vero periodice, ut mulieribus per uterus, crux ex pene prorumpit: hos eadem non raro, quæ menstrua, vel fluxum hæmorrhoidum præcedunt, symptomata, dolores abdominis, lumborum, tensiones inguinum ac femorum divexant.

Causæ. Ex dictis, profluvii ex urethra cruenti rationes jam partim eluent; & quas demum causas hæmorrhoidum, ac hæmaturiæ adduximus, has, penis quoque hæmorrhagiis producendis esse pares, nemo dubitat. Sæpe scilicet violentia externa, in primis peni rigenti admota, hoc profluvium excitavit. Vir juvenis, ut legimus, eredo pene in terram cecidit: unde dolor hujus partis insignis accessit, & sanguis cum impetu per urethræ meatum effluxit. Accessit tumor virgæ, & scroti non minus, quam perinæi fuggillatio; urina ex vesica turgente excerni non potuit. Catheter urethræ immissus, quin ad vesicam penetrasset, novam laniunis ex illa jacturam provocavit; scarificatis vero præputio & corpore penis, exiguis tandem in vesicam deferri catheter, urina educi, ac lotii difficultas, quam sanguis ex corporibus cavernosis effu-

effusus, ac circa urethram collectus induxit videbatur, sensim sensimque dissipari potuerunt. Medorrhœa urethralis acuta frequentius repetita, aut in chronicam mutata; immoderata veneris exercitia, masturbatio frequens, vasorum urethræ infarc-tus ac varices facillime post se relinquunt, aut inducunt: quod forsitan primum, in viri allato a nobis exemplo, ut sub coitu violento, urethræ, densioris ac magis rigidæ, laceratio succederet, effecit. Quæcumque deum causæ pri apis um violentum inducant, aut frequens penis, vix collapsi ad novos concubitus erexitio, convulsio; — hæ, ut sanguinis ad colem affluxum nimis augent; sic redditum per venas intercipiunt. Ulcera venerea, callosa, ad penis coronam, saepè sanguinem ex vasis erosiss, compressiss, expellunt: si talia in urethra nascantur; aut si major istius contractio, angustia, venarum officio obsint; minor certe penis erexitio ut sanguini mox fræna laxentur, sufficiet. Si calculus, vel corpus peregrinum, acicula, aut alia urethræ adacta sint, similia non raro succendent. Frequentius periodici imprimitis profluviis, causa, in venarum, quæ cum illis recti intestini, prope collum vesicæ, commercium habent, varicibus, — aut si dolor, ardor urinæ, calorque ad urethram præcesserint, in arteriarum minimarum repleione, læsione, secretione cruenta, consistit.

P r o g n o s i s. Non minora sunt ex urethrorrhagia immodica, quam ex cœteris profluviis cruentis, hydropis, tabis, ac mortis ipsius, pericula. Saepius interim hæc adeo non premunt; & externis accessus auxiliis conceditur. Quidquid non paucis profluviis ex urethra, illud, quod ani ex venis aversum fuit, supplererit, ac omni sine damno periodice, ac plures quidem per annos, rediverit. Quod ex ulcere urethrali descendit: hoc certe majoris momenti est, ac difficilius curatur, profluviis. Ubi urethræ canalis laceratus est: non modo sanguis, sed & ipsa urina, cellulosa penis, scroti, perinæi in zelam divangantur, ac difficiles san-

santu tumores, abscessus, fistulas, in quibus & calculi subinde, succrescunt, aut ipsam adeo harum partium gangrenam, inducunt. Minora sunt hæmorrhagiæ, anteriore ex urethra venientis discrimina.

Cura. In genere, quæ modica est, aut sub urethræ phlogosi, aut suppressarum hæmorrhoidum ex virtio contingit, cruris ex oslo penis evacuatio; ea sibi ipsi relinquenda, nec adstringentibus remedii cohibenda, sed, aliorum profluviorum exemplo, ad artis præcepta ex ipso causarum scrutinio repetenda, ac alibi jam satis exposita, tractanda est. Si copia, ac impetu majoribus sanguis ex urethra præcipitet: tunc ad chirurgica potissimum auxilia recurrentum est. Immersio penis, scroti, perinæi brevis, sed frequens in frigidam, glaciei contusæ, aut nivis ad urethram applicatio, gelidæ injæctio in istam, aliquando sufficiunt. Si fluxu nihilominus continuet, acetii lithargyrii & frigidæ portio, aut vini alcohol cum aqua remistum, aut solutio aluminis, vitrioli albi, in urethram injicienda sunt. In summo discrimine, donec alia ad manus sint remedia, præputium super glandem ad anteriora trahendum, ac digitorum ope, ne sanguinem dimittat, comprimentum est. Si urethræ anteriore ex parte crux scaturie videatur; cum spleniolo-angusto, super illam per longum canalis, collocato, — si perinæo vicina sit profluvi sedes; ad istam cum digitis compressio facienda est. Si nec ista sufficiant: cereolum, sat amplum, vel melius, catheterem ex gummi elasticò paratum, urethræ immitti, ac vasa istius, hoc optimo præsidio comprimi, obturari, necesse est.

Effectus profluvi istius, non aliter, ac de aliis profluviis jam docuimus, ac longa a rebus venereis abstinentia, curandi sunt.

ORDO III. GENUS VIII.***METRORRHAGIA.***

Menstrua. Solum animal, quod sanguinem sine morbo, & ad certas periodos ex lege naturae profundat, humana est foemina. Haec utero maturo, sex circiter per lustra, imposita est dira conditio; ac si aliquam hic, celi, corporis & animi, rationis vivendi diversitas, vel temporis, quo menstrua excretio compareat ac cesset, vel mensuræ, qua cruentum hoc tributum foemina persolvet, differentiam concedit; fors tamen æqualis ubique terrarum hunc sexum regit. Sunt adeo, quæ in tenera ætate, quin a primis vitæ mensibus, — sunt, quæ jam vetulæ, hos fluxus uteri cruentos expertæ sint; & cum in genere, graviditas, lactatio, certas plerisque inducias concedunt; sunt aliæ, quibus, utero ferentibus, sanguis menstruus, primos per menses ut pridem, — aut, casu rariore, ad partum usque, revertatur; aliæ, quæ niveum ex mammis, ac simul cruentum ex utero liquorem: sub æquali valetudine, profundant.

Causæ. Si tam miri rationem phænomeni ex physiologicis principiis sat certam nossemus; clariorem simul causarum, quæ menstruam secretionem vel imminuant, suspendant, vel ægrius & cum labore incedere jubeant, vel solito ab ordine & cursu depellant, vel cum virium, ac vitæ ipsius discrimine augeant, cognitionem haberemus; sed omnia hic oblicura sunt, nec pristini quidem, & ex quo

quo omnes exivimus, leges intelligimus domicilii. Non certe major est in corpore fœmineo cruoris, ad fœtus nutritionem destinati, quæ hos fluxus inducat renoveque per meas, abundantia: nam quæ paucō instructæ sunt, non minus, quam quæ plurimo abundant, mulieres, cruorem periodice excernunt; suos vero fœtus nutrunt & aliæ, quæ menstrua ignorant, animalium fœminæ brutorum. Non alia cruoris uterini, quam sanguinis e via-
ma fluentis, est indoles: nam exiguae ubique rationes, sanguinis, qui sua vasa deseruit, colorem immutant; ac fœtor interdum ex grumis, utero, vaginæ inter plicas aliquamdiu detentis, corruptis, venit. Nec arteriarum tortuosus in utero incessus, nec majus illinc venarum robur, hunc nodum solvunt: nam sanguis utero secerni impeditus, per mammas æque, ac digitorum per apices, per pulmones non minus, ac ventriculi per vasa, sub eadem periodo stillasse est visus, in ipso quidem utero secretio fit menstrui cruoris; ac modo in prægnantibus interdum vaginæ vasa hoc illius officio funguntur; sed si uterus, hoc secretionis in opere constitutus, plethorae signa localis manifestet: non ideo hæc ipsa, quæ principii alterius effectus esse potest, mox pro causa declarari debuisset. Certe donec aliarum rationes secretionum, ac leges periodi, cui sola habitudo & alia tandem profluvia cruenta submittit, patefiant: menstruorum ex mechanices, quam scholæ partim adhucdum nimis olen, principiis explicatio non parum & ipsa claudicabit.

Sub genitalium, futurum generationis ad opus evolutione, apud mares, testiculi, vasa spermatica turgent, tenduntur, & calent. Glandulæ inguinales, apud multos, in leves quasi bubones elevantur, dolent, saepè gressus fere impediunt; singulis totius systematis irritatio, calores, rubores faciei insoliti, pulsus frequentiores, majores, corporis incrementum velox, vocis mutatio, & — alia observantur; — in teneris puellis, dolores lumborum,

rum, ad pelvim continuati, crurum lassitudo, phlogosæ, rubores, capitis dolores, pustulæ passim, & in primis in facie, efflorescentes, oculorum splendor, pulsus celeres, robustiores, etiam dictoti; mammillarum tensiones ac celerius incrementum, summa animi sensibilitas, morositas, lassitudinis sensus, colici interdum dolores, humoris serosi, albicantis per vaginam effluxus, adnotanda occurunt. Ad uterum in primis, sanguinis concursus major, vasorum, quæ crux rem hucusque excludere solebant, explicatio, repletio, distensio, nervorum irritatio, ac levioris quasi phlogosis principium, succedunt. Hanc ultimam, sub aucto genitalium a venerea cupidine stimulo, & vaccarum canumque fœminarum genitalia cruenta, tumida, & tensa, manifestant. Sub hac rerum positione, ut quavis alia in superficie secernente irritata, narium, bronchiorum, urethræ ad tunicam mucosam, contingit, primum humoris pellucidi, serosi, mox albescens, ex muco - puriformis, ac ipsius tandem sanguinis, — non per venas dilatatas expulsio, non ex arteriis vi mechanica, & fluidorum a tergo venientium actione distractis ac modo cedentibus expressio, sed vera crux secretio succedit. Cum vero hæc uteri evolutio virginei mox in integrum, ac tam celeriter absolvî non queat; sed nunc dispareant per tempus, nunc redeant necessarii ad magnum hoc opus stimuli: hinc sub istis, in genere animalium, cui profluvia cruenta præ aliis quibuscumque animantibus longissime communiora sunt, in fœmina, quæ corpore, cœteras animalium inter fœminas sola, erecto incedit, ac majore tum corporis, tum animi sensibilitate instruta est, frequentius excreto easdem per vias crux, habitudo, lex altera naturæ, succedit, ac demum sanguis per certas periodos ex utero distillat.

Ad quæstionem, cur mensis ad spatium hic fluxus recurat? cum simili quæstione: cur & alia profluvia cruenta non minus certas in multis pe-
rio-

riodos absolvant? — & cum generali satis istorum, sed facile condonanda, ignorantia, respondere possemus; ast cum non uteri solius, sed universi systematis, huic visceri tam arcto ac summo consensu connexi, opus sint menstrua; hinc facile intelligitur, sub data, hoc in primis in sexu mobilissimo, vasorum, tam aliorum, quam uteri præcipue, sensibilitate, vel paucō etiam a sanguine, stimulum, cui sine morbo vix assuescunt, dato tempore redire. Quidquid excretio cruoris, ut turbae menstruae dispareant, non ubique requiratur; sed in multis, quin sanguis ex utero secedat, eadem, ac si ille effluxisset, symptomata tam sese manifestent, quam, præscripto dierum numero evanescant. In gravidis, lactantibus plerisque, menstrua lecretio suspenditur, quod, in illis, minus ob sanguinis, in fœtus incrementum conversi, inopiam, quam ob systematis vasorum in utero magis tunc expansi rationem, — forsitan ob totius systematis languinei materni, cum illo fœtus connexi, extensionem amplissimam, in ipsis, ob majorem humorum ad mammas affluxum, contingere videtur. In multis interim prægnantibus, ut dictum est, crux, tum matris, tum filii, ut certe novimus, sine damno, periodice distillat, ac pristina vasorum sensibilitas, & secernendi crux habitudo, consueto nunc, — non ipsum ad uterum, sed ad vaginam, profluvio præest. Quodsi crux ex utero maturo, nec gravido, periodica deficiat excretio; non rarum est, ut dicimus, hanc ab alia, ejusdem indolis periodica excretione cruenta, ubicunque locorum hæc fiat, suppleri; sed si ista, peculiarem sibi vasorum structuram non expetat: cur ea in utero humano requiratur, non perspicimus. Cœterum, quamvis rarus sit, fœminam menstruo sine fluxu adolescere; tales tamen, non modo sanas ac robustas, sed & fertiles aliquando conspeximus: ut si plures hoc sub statu non concipient mulieres; non menstrui id sanguinis defectui, sed vitio genitalium organo-
• tribuendum sit. Nec tam certam quoque hoc in sexu

sexu profluvii, ut ex utero reversionem esse dicamus, ut si ista vel citius, vel tardius, quam mensis exadi spatio contingat; hoc illico latente de morbo testetur. His etenim vix quindecim ante dies menstrua fluxerunt: cum nova iterum hujus indolis secretio succedat, illis, per quinque, sexve hebdomadas, quidquod per menses, ut experti sumus, quin adeo valetudo manifeste lætatur, hic fluxus suspenditur, quæ singula ostendunt: non alia, menstruum, evolutionis uterinæ sub opere aliquoties excitatum, quam quodvis aliud profluvium periodicum, legē, id est, illa habitudinis, redire; nec aliam inter ista differentiam, quam quod uterus sanitatis, ac præscriptæ sensibilitatis ratione, — partes aliæ, morborum imperio, sanguinem, aliquoties profusum, ulterius per vices profundant, intercedere.

Lochia. Præter dictam vero naturæ legem, alia est, qua uterus humanus, sub partu, & post fœtus exclusionem, sanguinem, quod iterum animalium brutorum in fœminis locum non habet, excernat. Exigua scilicet quantitate crux, cum humore mucoſo permistus, sub ultimis ad partum doloribus per vaginam secedit, suoque rubore explorantis digitum obstetricis de partu vicino advertit. Hic sanguis ex ovi humani, sub nixibus violentis, ab uteri superficie interna solutione, & ex vasculis oris uterini ad ambitum, hunc inter accingentes fœtum membranas diruptis, lente distillat. Sub capitib⁹ per uteri orificium transitu, hoc ipsum vim patitur, leviterque, ut reliquæ hanc ad partem in fœminis, quæ lemel aut iterum pererunt, cicatrices ostendunt, sauciatur. Similia, præcipue in primiparis, vaginæ ad ostium externum contingunt. Qui vero, partu absoluto, lochiorum sub nomine, ex utero per vaginam descendit, sanguis, hic primum liquoris amnii portioni, ab ipso forsitan fœtus capite prævio promtius ex utero effluere impeditæ, — placentæ ipsi, vel integræ, vel plures in particulas solutæ, ac membranis, quæ

quæ fœtum non ita pridem ambiebant, commis-
sus, — his vero reliquiis expulsis, sincerior, tam
fluidus, quam in grumos coactus, expellitur. Hoc
sub opere, si primi paras, — sed certe non om-
nes, excipiamus, dolores, illis, qui fœtus exclu-
sionem promoverunt, fere similes, interdum atro-
ciores, pueroram corripiunt: a lumbis oblique
versus uteri regionem descendunt, saepius remit-
tunt, sponuntur, iterumque invadunt, os uteri di-
latant, & ex ipso hoc viscere, repetitis contradic-
tionibus, partus absoluti reliquias, ac sanguinem,
copia non apud omnes, nec eadem in muliere quo-
vis a partu æquali, sed paucum in illis, in ipsis
sat multum, excernunt: donec plures post horas,
dolores, gradatim imminuti, sedentur, ac demum
cellent, cruxque nunc sensim sensimque magis di-
latus, secunda jam die, saniei colore, consistētia
æqualis, ac tandem aliquot post dies, sub febris,
quam lacteam dixerunt, ingressu, humor visco-
sus, hinc inde modo sanguine tintitus, mox albe-
scens, ac proprio, subacelcente odore distinxus,
secedat. Hic fluxus ex utero mucosus, conserva-
ta lochiorum sub appellatione, per aliquot heb-
domadas, — longius per tempus apud fœminas, quæ
mammas puero litienti reculant, continuat: donec
utero pristinum fere ad statum redupto, quadra-
ginta circiter & plures post dies, menstrua denuo,
abundantior plerumque secretionibus futuris, se-
cretio prorumpat.

Differentiæ. His legibus naturalia,
seu sana, fœminis circumscribuntur profluvia
cruenta; sed frequenter a redi hæc tramite ab-
errant, atque nunc ordine perverso incedunt; nunc
penitus ac debitum ætatis ante terminum deficiunt;
nunc vero & copia & impetu majore præcipitant;
vel diutius ac par est, continuant, & latice vitali
systema vasorum exhausti. Easdem haud raro
caulas contraria salutis hæc vitia agnoscunt; nunc
vero modo fluxus cruentos ex utero, vagina, mor-
bo.

bosos describimus, ac interest ut in potissimas istorum differentias hic primum inquiramus.

Vel ex utero non gravido, vel ex prægnante, aut re quavis peregrina, polypo, mola, steatomate, sublantia ollea, calculosa onulo, profluvia cruris morbosa contingunt. Ex illo, sanguis vel menstrua sub periodo, nimius, — vel tempore intermedio, — vel eo, quo menstrua lecretio ob ætatis rationem exulare deberet, — vel continuo, & chronicò affecta prorumpit. Ex isto, majore lane sub rerum discrimine, vel primis a conceptione mensibus hæmorrhagia, & facile abortus, contingit; vel fœtu non quidem perfecto, sed ad vitam, matris extra finum protrahiendam non prorsus inepto, sanguis cum impetu profilit, partusque plerumque excluditur præmaturus; vel partum maturum cruris fluxus morbosus præcedit, comitatur; vel demum, expulso jam fœtu, aut major illico cruris unda sequitur cum impetu; aut lochia plus æquo funduntur.

Cœterum iisdem metrorrhagia, ac cœtera profluvia cruenta, differentiis subjœcta, & præcipue nunc morbi alterius effectus, nunc vero primaria est, quam ultimam, tradenda specierum descriptio ulterius exponet.

Non eadem quantitate sanguis menstruus fœminis ex utero descendit; sed aliæ modo duas vel tres, — aliæ, septem vel octo uncias cruris, & ultra, amittunt; atque corporis dispositio nativa, vivendi ratio diversa, & rerum, quæ sistema universum, ac illud genitalium præcipue, plus minus afficiunt, differentia, quamplurimum hic mutant. Hæc una adeo eademque in fœmina, quin morbus ideo vel lateat, vel succrescat, cruris copiam hoc tempore vel illo per uterum excreti diversam constituant.

Quotiescumque vero hujus menstrui portio cruris consueta non parum abundantior, vel impetu, brieiore sub temporis intervallo, majore, vel plures per dies, vel saepius quam par est, au-

fugit; tunc, et si crux tam certas ad dies ubique non redeat, metrorrhagia menstrua fœminæ hic status dicendus est. Major hæc aut minor esse potest. Sæpius, dum ob cauam quamcumque lecretio uterina ante mentem aut nulla, aut parca præcessit, vel dum absolute puerperio menstrua paulo tardius comparent: copiolior tunc languis, quin morbum ideo constituat, aut fœminam debilitet, excernitur.

Insolitum est in prima ætate, qua menstrua prodire incipiunt, sanguinem uberior, quam pars est, excerni. Frequentius in illis, quæ post mentes non multos huic fluxui, iam fere vetulæ, valedicent, crux utero immodice fecedit. Illæ vero, tum puellæ, tum mulieres, metrorrhagiæ præ aliis subjectæ sunt, quæ habitu spongioso laxoque instrudæ incedunt; quæ animo facilius foriusque commoventur; quæ libidini, baccho, choreis indulgent nimis; quæ abortus frequentes expertæ sunt; quæ menstruis, non gravidæ, per aliquot jam menses caruerunt. Quæ menstruis ob corporis languorem non parent; hæ plerumque copiosius, quam fœminæ magis firmæ ac robustæ, ex utero purgantur.

Symptomata. Varia in plurimis præcedunt metrorrhagiam hanc phœnomena; & quæ eandem comitantur, sequuntur, ea, pro gradu ejusdem, pro conditione ægrotæ, ac pro cauæ, quæ morbum induxit, dilterentia, diversa sunt symptomata.

Præcedunt plerumque latitudo & gravitas, vertigo, dolores capitis, dorfi, lumborum, coxarum, ventris, anxietas, cordis palpitatio, difficilis respiratio, horripilationes, calores, siccitas oris, sitis, pulsus frequens, aliquando & naulea & vomitus. Sæpe quoque venæ hæmorrhoidales tument, dolent, & venter occluditur; impatientes & inquieti redduntur animi. Interim in sat multis prævia hæc desunt symptomata, & languis haud raro ex utero, iam læpius purgato, ut aliis ex partibus, line turbis conspicuis fugam orditur. Qui

vero copia morbosa ex utero ruit, cruor, nunc fluidus hic est, nunc in grumos coactus, ac interdum, — vel in illis adeo, in quibus graviditatis fulpicio esse nequit, cum pseudomembrana, illi quam in gravidis deciduam dixerunt, non absimili permixtus.

Coadta sanguinis hac massa circa uterum collecta, stagnante, cruoris novi quidem fluxus aliquamdiu suspenditur; sed major genitalium ab illa irritatio, dolores uteri, lumborum, tenesmum provocat: sub quibus & grumus cum nisu expellitur, & novæ languinis undæ via paratur.

Comitantur hos ex utero fluxus immodicos, tum prædicta hic, & alibi symptomata, tum virium imbecillitas, faciei pallor, olcitatio, suspiria, difficilis, præcipue a motu, respiratio, & pectoris quasi constrictio, visus obnubilatio, syncope, extremorum frigus, suffocatio, convulsio.

Sequuntur debilitas totius corporis ac pallor, pedum, eredo corpore, tumor, hydrops internus, vel alias, universalis, febris lenta, atrophia, ad concubitum, generationem impotentia, vel ad novas hæmorrhagias, ad frequentes, si concipiunt, abortus, prædilpositio.

Aliquando sat difficilis est quæstio: num cruor ex utero, forsitan prægnante, ex lege menstrui, vel morbi propullulet? Temporis interim, quo profluvium cruentum succedit, ratio periodici, — phænomenorum graviditatis, mulieribus & in genere & in specie propriorum aut præsentia, aut defectus, — uteri exploratio, causarum, symptomatum, quæ fluxum prægressa sunt, coitantur, ponderatio, — modus ipse, quo sanguis descendit, hic lucem, vix tamen ubique sat fidam, accendunt.

Ex utero prægnante, priusquam parturiat, languis, nisi morbi, violentiæ imperio expulsus, haud ruit. Qui, non paucis adeo in fœminis,

facta conceptione, per mentem unum alterumve sit, — aut, rariore jam calu, medium gravidis ad terminum, ut pridem, revertitur, — aut

rariissimis exemplis, ad partum usque, illæsa mulieris sanitatem periodice effluere continuat, crux, is, non clauso & obtecto per ovum humanum uteri ex oculo, sed vaginæ ex vasis prorumpit. Sanguinis idcirco ex utero prægnante fuga, de illata, per cauas vel internas, vel externas, violentia, ac de ovi animalis a contigua superficie uterina solutio[n]e testatur. Omnem quidem ad ambitum membranæ fœtum cingentes interna cum uteri superficie cohærent; sed vinculo strictiore, vasisque diametri longillime majoris negotiatur placenta cum uteri portione illa, quam sibi, delapsa vix ejus in cavum ovu[n]io, ad leges non satis perspectas, sed ab uteri conditione, positione diversis, ac ovuli a pondere, ut videtur, dictatas, pro novenni habitaculo elegit. Ad fundum uteri, vel utrumque illius ad latus, placenta in plurimis, prælertum primiperis, aut sat longo a tempore partum præcedentem, quin nova mox graviditas succedret, enixis mulieribus, adhæret; sed nulli lati puncto fidelis est futuri animalis hæc radix; ac saepe nimis tum cervici, tum oculo matricis, — nunc ex parte, nunc ex toto, & quasi concentrica, innalicitur, fœtus exitum, nisi pleno dilcriminis sub tributo cruento, præclusura.

Quas regno vegetabili natura proles innumeris in floribus promittit: has magna ex parte ea ipla citius, ac antequam maturuerint, provide avellit; nec plania, tot fructibus gerendis inepta, tam copiosos per abortus afficitur. Gravius animalia præmaturas has fœtuum jacturas ferunt; ac sicut nullum inter illa, quod tantos ac fœmina humana abortus patiatur, existit: ita nulli tam grave ex illis, quam illi, immunet periculum.

Huic vero exposita est grava, cui languis ipso profunditur ex utero. Hic etenim crux, plerumque ob placentam ab uteri superficie, plus minus, solutam, istam inter ac fœtum ambientes membranas percolatur, ad os uteri appellens, violentiam hujus visceris contractionem sollicitat, ac

illo, sub ista, aperto, per vaginam præcipitat. Quoad ovum humanum, liquore anni fœtuque repletum, distensum, contradictioni uterinæ reludatur; oportet sanguinem, sauciata quali per avulsam violenter placentam, uteri a plaga profilire; nec, in casu graviore, moderatur aut cessat, nisi fœtus ipsique secundinis, vel naturæ, vel artis beneficio, expulsis, extractis, ominosum mulieri prolique profluviu[m].

Est tamen, ubi fluxus ex utero prægnante cruentus vel sponte, vel medici consilio, quin abortus succedat, sedatur. Vix interim hoc in casu placentæ solutionem profluvii in causa fuisse, sed cruentum vel e summa vagina stillasse, vel a loco membranas fœtum cingentes inter ac uteri superficiem ab iisdem distractam, & a placenta distantem fluxisse, censemus. Non raro scilicet spuriæ, ut vocant, aquas, perterrita muliere, ex utero vel oðavi jam mensis sub fine, vel paulo tardius, sat copiose prorupisse, amnii vero liquorem nihilominus copia consueta sub partu maturo ac felici effluxisse observavimus. Spuriæ autem hæ aquæ aliquando vel in propria hydatide, vel inter uteri superficiem internam & membranas, cellulosis in loculis colliguntur: donec istis, liquidis a mole, aut ab impetu diruptis, sine damno mulieris, præcipitent. Atqui eodem fere modo & sanguis interdum, læsis forsan per causas quascunque tenuioribus e vasculis membranas inter & uteri superficiem avullam, quin placentæ solutio præiverit, colligi, datoque tempore, quin abortus sequatur, profundi potest. Saltem veritati propiorem hanc sanguinis, integro placentæ nexu, absque abortu ex utero excreti, quam placentæ fine isto solutæ, iterumque cum utero conglutinatæ, ideam dicamus.

Profluviorum ex utero prægnante pars plurima, eo fere, in quod menstrua pridem incidebant, tempore contingit. Tertio frequentius ac septimo mense abortus succedere est dictum; sed incerta nimis primis a menibus, quam ut calculum sat firmum exinde

de ducamus, conceptionis est epocha; ac eadem, quæ fructus plantarum regit, — humanos quoque in fœtus lex imperat: ut, nisi plenam jam matritatem adepti, quo brevius per tempus e ramo materno pependerint, eo quoque facilius hunc deserant, &, minoribus a causis concussi, in tumulum præcipitent. Pars major certe mulierum fœcundarum coituque utentium, quibus sanguis, consuetis primæ graviditatis sub phœnomenis, post mensem ex utero, sanis, non fluit, sed post alteram periodum, non sine omni violentiæ illatae suspicione, cum impetu, ac sub lumborum ventrisque dolore prorumpit, — fœtum simul cum cruento, ob molliem, parvitatem corpusculi vix, communi indagine, istius inter grumos distinguendum, expellit. Ex causis iisdem illæ in primis gravidæ hæmorrhagiæ, de qua hic sermo est, patiuntur ex utero, vel quæ debiliore, sensibiliore generationis systemate instrutæ sunt, vel quæ menstrua sub spasmis ac doloribus excernere, vel multam ex genitalibus pituitam diutius amittere solebant. Non paucis vero fœminis abortus frequenter certo graviditatis sub mense succedunt: nec mensis est, aut dies, quibus grava, tot causis violentis, in urbibus præcipue, exposita, securum satis fœtui teatum proprio insinu promittat.

Præcedunt plerumque, ut prima hujus morbi sub specie, dolores lumborum, abdominis, non quidem continui, sed per intervalla, ac majore semper cum ferocia redeuntes, per regionem hypogastricam oblique deorsum protensi. Sæpe horror aliquis, cui calor succedit, mulierem prehendit. Sub doloris accessione, sanguis, primum paucus, mox vero copiofior, præcipitat; post illam, fluxus sedatur. Iplum scilicet os uteri, repetitis sub nixibus, magis magisque aperitur, dilatatur, ceditque membranis liquore amnii repletis, sub dolore tumentibus teusisque. Sic via cruentaria, ad mortem usque, nisi partus, ac ipsa tandem placenta sequantur, patet. Non rarum est interim primis graviditatis

tatis in mensibus ovum humanum vel sponte, sub nixu ad alvum deponendam, vel alio, ac integrum secedere. Alias modo fœtus grumis permisus expelliur; ac, donec ipsa placenta cum membranis hunc sequatur, fluxus cruentus in mulieris perniciem continuat. Quamvis autem prædicta symptomata plerosque abortus præcedant, continentur; vidimus tamen sat multas, quibus fere in ciuis cruor ex utero prorumpere incepit, & quæ fœtum, primis scilicet in mensibus, fere quovis sine dolore excluderint, mulieres. Quo vero partu vicinior est fœmina; eo majus ut plurimum cruentis ex utero profluviū eundem circumdat præmaturum. Cæterum cum diuis quidem conveniunt, quæ metrorrhagiam hanc comitantur, sequuntur, symptomata; sed abortus a causis violentis, internis, externis, ut putate, a febre, scorbuto, lue venerea, animi pathemate, a calu, lapsu, ictu, induitus, pro illarum differentia, uteri non raro morbos organicos aut topicos, aliosque generales, cum propriis symptomatis, aut indicat, aut post se relinquit.

Majoris vero momenti metrorrhagia gravidarum est illa, quæ ex prævia placenta originem trahit. Hac ellenim ad cervicem, vel ad ipsum os uteri hærente, quamprimum segmentum hujus visceris inferius, sub medio fere octavi mensis, vel paulo tardius, distendi magis ac cedere incepit; separatio hujus partis ac avulsio ab utero contingit. Hinc aliis sub causis levissimis, aut protinus sine ictis, quin gravida dolores necessario percipiat, portionem sanguinis primum moderatam hæc ex utero perierrita amittit. Post breve temporis intervallum, sanguinis hic fluxus sedatur, ac nullius esse momenti ab adstantibus mulierculis habetur; sed paucas, ut vidimus, vel & octo, aut decem post dies, profluviū cruentis semel iterumque majore cum impetu renovatur; anxietas, vel brevis quoque syncope, succedunt. Plerumque tamen ex ictis quoque gravida restituitur, ac infiantis obvilici

visci periculi videtur: dum ingens tandem ex utero cruoris torrens præcipitat; ac mulier, sub extrema anxietate, suspirius profundis, sonoris, oscitatione frequente, sub acie oculorum penitus infrausta, sub aurum tianitu ac susurru, extremitatum sub frigore marmoreo; instantis discrimen mortis incurrit. Sub hac rerum conditione inqua & flebili, immisus vaginæ, sanguine grumoso, supina scilicet in gravida, infarcte, digitus, os uteri nunc satis clavum, nunc vero corpore inæquali, spongioso, ac minus quam cervicis uterinæ substantia resistente, sensibilitatis experte, obiectum, oppletum reperit. Ad cervicem magis hærente placenta, nec super oris uterini confinias protensa, hæc ipsa, nisi digito per ipsum os uteri & collum porrecto, ac simul ad latus incurvato, sentiri, ac profluvi scaturigo distingui haud potest. Si forse dolor ad partum accedat; brevior ac simul debilissimus hic esse consuevit, cruxque sub isto, copiosior, ac novo cum impetu expellitur. In muliere plurimo jam sanguine exhausta, omnis ad partum dolor nixusve dilparent. Quo perfectius ori uterino, quasi centro, placenta conneatur: eo sævier crux, sub partu magis immaturo, jactura, mortisque citioris, nec unquam sine manu obstetricis avertendæ, discrimen imminebit. Placenta ad cervicem annexa, jamque ex parte, tardius plerumque, divulla, si ruptis membranis aquæ lecedant, aut si caput, vel clunes recta subintrent; profluvius supprimitur, ac, si vires supersint, partus ab ipsa natura interdum, incerto tamen quamplurimum auxilio, feliciter absolvitur.

Non raro graviditatis ad terminum prægnantes, quin sanguinem ex utero amiserint, perveniunt: sed ipso partus maturi sub opere, & in primis sub dolore ac nixu, ejusdem a profluvi o vexantur. Vix aliud hæc sanguinis per vaginam ruentis jactura, quam a placenta, vel uteri a fundo, locisque lateralibus præpostere soluta, vel ad cervicem hærente, ac ab ista nunc tandem avulsa, originem agnoscit.

scit. Rarius quidem, sed interdum nihilominus, ipsius ex uteri læsione sanguinis profluviū scaturit. De muco, languine remisto, qui partum naturalem præcedat, & ex cervice orisque uterini distractiōne cruenta descendat, jam diximus. Est vero, ubi caput fœtus insigne, sub transitu, ob nixus vehementes ac diutius protractos, celeriore, — sub oris uterini, in provectae ætatis paturiente muliere, resistentia pertinaci, — sub ejusdem in teneris primiparis, gracilitate, majorem paulo sanguinis copiam his a locis proliciat; est, ubi rudiore obstetricis ab attactu, vel ab unguinum, versionis incautæ sub opere, impressione, substantia uterina fauicietur, ac sanguinem in partu profundat.

Vix interim conspicuum, ab ills, cruoris profluviū sequetur; sed altioris est momenti aliud, quod, rupto forsitan ex utero, abdominis, aut pelvis in cavum aliquando contingit: & quod sicut matri mortiferum est, ita sicca plerumque patrarentis genitalia externa esse finit, ac alia mortis sub specie non paucis illudit. Uteri substantia, licet nullum tam exiguae capacitatē sit vilcus, quod tantam in utrem dilatetur; ab aquis tamen, a fœtu, ab aeriformi materia, cruore, pure, polypo, mola, steatomate, calculo, lenum in modum repleta, extensa, crassissimum parietum, qua vacua pollebat, haud ideo deponit. Ex ima sic pelvi hoc vilcus in gravidis non raro ad ipsam dia phragmatis regionem ascendit; nec tamen necessaria se ipsum contrahendi potentia tam facile privatur. Qua parte placenta utero pro fulcro est: hac, robur pondusque, ut facile hoc in latu inclinet, increscunt. Sed aliæ sunt causæ, quæ hoc uteri in puncto, vel in alio, resistentiam augere, & extensionis æqualis rationes invertere queant. Huc nativa potissimum ac propria cuivis mulieri, hujus viceris conditio, licet parum intellecta, spettare videtur. In ipsa certe cordis, apud pueros vix utero exclusos, substantia, fibras musculares, hoc in punto vel illo, aliquando defuisse, at-

atque sic futuri aneurismatis hac in parte primordia hæfisse, conspectum est. His accedunt, pelvis maternæ constructio iniqua, partium utero vicinarum status perversus, colique intestini a fæcibus copiosis ac duris repletio frequens, ovariorum, tubarum, ligamentorum latorum, ipsius uteri morbi prægreffi, prælentes, — pinguedo nimia, cubandi ratio consueta, vestium strictrum, thoracum actio, corporis ad certos labores positio contraria, diuturna: quæ singula, tum sanam uteri directionem, tum æqualem hujus visceris prægnantis extensionem impediunt. Quemadmodum vero sub hac rerum conditione pars uteri, jam nimis ac præ aliis extensa ad sui contractionem citius ac præ istis stimulatur, ex quo abortuum ratio periodicorum potissima quærenda est: ita quoque, dum aquæ jam omnes ex utero fluxerunt, & hoc viscus inæquali nunc ratione circa partes infantis constringitur: sub partu admodum difficulti ac protracto, sub fœtus, capite compressi, calcitratione violenta, ac tandem convulsiva, incauto versionis celerioris, rudioris sub opere, pars uteri illa, quæ nimis jam extensa fuit, interdum rumpitur, ac cito læthalis hoc e loco hæmorrhagia in cava vicina pelvis, abdominis, contingit.

Similia & rariore in casu, quo scilicet ovum humanum, conceptionis sub momento, uteri a cavò aversum, in ovario, aut in tuba radice in figit, ac suam in istis maturitatem adipiscitur, aliquando, præviis quasi ad partum, sed vanis, doloribus, sub motu prolixi ad partem abdominis lateralem, eveniunt, nisi fœtus his in locis vel muriae in speciem contrahatur; vel quasi lapidescat, vel osseam duritatem acquirat; vel in pinguem, spermatici ceti affinem pilisque commixtam materiam, ut vidimus aliquoties, ac in museo Ticinensi pathologico conservavimus, vertatur; vel, excitata partium vicinarum suppuratione, exitum mortuum, tot in particulas divisus inveniat.

Sub rerum conditione tam tristi, grava, vel sub nixu fortissimo ad partum, vel illatae violentiae majoris sub momento, lacerationis internae, subitanæ sensum, alte exclamans. excusat; & illico, vel paulo tardius, post extremam anxietatem, in syncopen delapsa, vel convulsa, quin sanguinem copiosum per vaginam amiserit, extinguitur. Sedio cadaveris, cruorem vix non omnem, interdum & prolem, vel totam, vel ex parte, abdominis in cavum delapsam ostendit.

Ubi caput prolis, super ore uterino rectius est positum, ac placenta, priusquam partus absolvatur, ab utero secedit; interna tunc quoque hæmorrhagia, ipsum uteri in cavum contingit. Pulsus hic, præter aliam evidenter rationem, debilissimus sit; anxietas, suspiria, frigus extreorum fere manifestant; cessante vero ad partem dolore, ubi caput fœtus, obstetricantis a manu, ab ore uteri, superiora versus reprimitur, vel fœtus, superstitem forsitan adhuc virium efficacia, in lucem editur, copiosus demum sanguis per vaginam præcipitat. Hæmorrhagiæ uteri internæ exemplum *Morgagni* descripsit, in quas crux nec guttula quidem ex vagina profluxerat; sed omnis, placentam, in medio sui solutam inter & uterum, in proprio quasi sacco inclusus, stagnabat.

Vel cum sanguinis profluvio morbo vel sine isto, prolem excluserit mulier; saepe nimis, absoluto vix benefico hoc opere, crux unda, lochiorum mensuram lengissime superans, cum impletu, magnoque rerum discrimine, fœtum illico subsequitur; & liquore vitali exhausta, non raro citissime exspirat, aut longos in annos miferrime languet, puerpera. Nunc etenim debiliore, vel frequentiorem jam partum, sine debitibus induciis experta in fœmina, cujus uterus vel præter modum a mole aquarum fœtusque simul majore, aut duplice, extensus fuit; vel quæ diurno labore vix non omnes amiserit; — aut in ea muliere, quæ prolem cum se-

cuq-

cundinis celerrime exclusit; cuius sanguis mox a partu effluere cessavit, sed, ob grumum in ore uteri harentem, ipso uteri in cavo magna copia collectus fuit, aut in illa, quæ longum per tempus, antequam conciperet, lluore albo laboravit; — aut demum in puerpera, quæ manus, instrumenti chirurgici auxilio his promptius liberata fuit, — vis uteri contractilis evanuit; & hoc viscus, atonia correptum, non habet, quo hiantia sinuum ora sat cito obturet. Nunc aut vulnus utero crudeli ab unco inflatum, aut placenta mox a partu audaci a manu avulsa fuit. Nunc foetus alter, aut caput abruptum, aut placenta jam ex parte vel in totum soluta, aut ejus portio, aut grumus sanguinis conspicuus in utero detenti, hujus visceris contraktionem, vasorumque occlusionem impediunt. Nunc spasmi uteros prehendunt, & partis unius constrictione varios in sensu inducta, æqualem totius visceris in se redditum præscindunt; aut per omne syllema divagantes, motum sanguinis ad vasa uteri sauciata cum impetu dirigunt, ut quibus ita constitutis, crux celerrime has per vias aufugit, &, nisi prompto latis consilio coercitus, pueroram crudeli fato exanimat.

Quodsi tanto sanguis cum impetu non illico, & mox a partu ab soluto per uterum præcipitet; non raro tamen, aut primis puerperii diebus uberioris, aut tempore longiore, quam par est, lochia funduntur. Sæpe primos per dies moderate satis fluunt lochia; aut etiam præpostere sifluntur in totum: donec aliquam post moram, novi circa uterum, ad lumbos, ad abdomen dolores, tensiones ingratæ, febris, & naufæ accedant, &, grumo sanguinis, qui os uteri aliquamdiu obturaverat, conspicuo, non sine nixu puerperæ, expulso; crux flumine majore, quam pridem, aut plures, quam par est per dies vigente, sequatur. Alias, vel ob viðum puerperæ largiorem, vel ob vinum generolum, aromata, medicamenta excitantia, partus sub opere, vel tardius ingesta, vel ob neglegtam pue.

pueri lactationem, vel ob causas debilitatis, læsionis uterinæ, spasmorum, placentæ ex parte tentæ vix allatas, vel quod primis a partu diebus puerpera ledum, diutius eredita, defleruerit, vel fortius ob animi pathema, — lochia mox a partu, vel longius per tempus copiosus secedunt, ac non modo cruento vix non exhausti mulierem; sed & partes in primis genitales varios ad morbos locales disponunt.

Non semper, quo menstrua maturius secernere virgo incepit, eo citius quoque proiectiore subætate, periodico hoc fluxu haec ipsa liberatur. In Italiæ provincia, in qua decem per annos Medicinam exercuimus, quamvis anno vel uno, vel altero citius, ac in Germania, sexus sequior plerumque pubescat; copiosa tamen fœminarum, quæ menstrua quadragesimum octavum, quinquagesimum ad annum, sine morbo, excernant, exempla non desunt. Nec in ipsa Germania tam rarae sunt fœminæ, licet decimo & quarto ætatis anno jam periodice ex utero purgatae; terminum tamen eundem sub menstruis modo debito excretis sanissimæ attingant. Interim cum nonum ætatis ad lustrum fœmina accessit: plerumque consuetæ leges periodi infrangi, ac menstrua, non sine dubio salutis statu, nunc tardius, nunc vero solito copiosius redire observamus. Quæ vero juniores sanguinem uberioris per uterum fundebant; quæ hac parte, vel frequentes ac difficiles ob partus, vel abortus, vel ob alias rationes, debiliores incedunt; quæ fluxu hæmorrhoidum frequentius laborarunt, præcipue quæ potui spirituoso nimis indulgent: hæ, præ aliis, vitæ tempore, quo menstruis orbari debuissent, profluviis ex utero cruentis subiectæ sunt. Cum vero jam aliquot per menses sibi fluxus uterinos desicere, ventrisque, hoc sub defectu, mollem quotidie augeri percipiunt; non paucæ, serioris jam ætatis quasi oblitæ, vel exemplis rarissimis earum, quæ anno adeo ætatis quinquagesimo pe-

pepererunt (partum miraculosum Romani dixerunt) innixa, utero sese gerere autumant, ac medicum hoc de statu dubitantem morose satis ferunt: ut non modo fœtum in sinu proprio moveri, & singula graviditatis phœnomena sibi succedere defendant; sed & linteas, & cunas, futuro pro partu, præparari tollicite current, Quod mulieris errorem magis confirmat, est: quod & mammae, jam pridem collapsæ, interdum hoc sub statu turgescant: & quod nulla de morbo latente testentur symptoma; donec septem vel octo mensibus elapsis, crux plurimus, quem diutius in utero, tamdiu tumente, stagnasse diceremus, cum impetu hoc e viscere prorumpat, aut mola excludatur inanis, ac fabulam de partu montis revocet in mentem. Vidi mus tamen, quibus menstrua, cum per ætatem juvenilem satis parce, modo paucas per dies, ac præscripta periodo redivissent, annis jam quadraginta & quinque absolutis, vel tertia quavis hebdomada, vel & citius, decem adeo per dies copia crux insigni, sub ventris lumborumque doloribus, ac magno virium decremento, aliquot per annos reverta sint. Sunt aliqua, & a nobis conspecta, exempla fœminarum, quibus menstrua, ætate vix non decrepita, per annos, & quin morbus subesse videretur, periodice rediverint; interim haud raro scirrus, ulcus malignum, aut cancer uteri occultus, hæc tarda, vel & chronica muliebri ex sinu profluvia, — imprimis cum dolor fixus ad uterum accusetur; si gravitas lumborum crurumque, si humoris mucosi, saniosi, ac fœtidi ex vagina effluxus, præcedant, vel si sorbitan instituta per iltam exploratio, uteri ipsius molem audiam, duritienti majorem, situinque profundiorrem, vel os uteri inæquale, tuberulum, lubricallsum, exesum, vel æquo sensibilius deprehenderit: si alvus plerumque obstructa, si venæ circa anum tumentes, tenesmus, vel & ardor urinæ frequenter adfiant, — inducunt.

Metrorrhagiam symptomaticam jam alibi, cum de febre nervola, ac de metritis ageremus, tetigimus; nec ætas est, nec uteri, vel vacui, vel prægnantis est conditio, sub qua non cruar, alterius vi morbi, hæc declivia & spongiosa per loca urgeatur, vel, parum custoditus, aufugiat. In variolis confluentibus ac discretis, in morbillis, quæ cum febre adynamica incedunt, in scorbuto, sanguis haud raro copiosus, immaturos adeo ac infantiles per uteros, profulus fuit. In fœminis, quas fluxus hæmorrhoidum, quacunque demum ex causa, diutius vexavit, venæ cervicis uterine, vaginæ, varices hinc inde formant, & sanguinem polito forsitan ad anum obstatculo, vicariæ fundunt. Hæc interim & alia profluvia cruaris ex utero symptomatica præsentis objectum considerationis non constituant, & aliis hujus operis e locis illorum doctrina eruenda est.

Causæ Profluviorum morbosorum causæ generales, illud quoque cruaris, ex utero præter ordinem ruentis, regunt. Plurimas ex illis, quæ diversas istius species concernunt, sub istarum descriptione passim jam tradidimus; omnes vero, quas hic dissentium ad usum breviter collegisse jubar, tam externæ quam internæ, in eo conspirant: quod vel partium genitalium localē modo affectionem, profluvio cruento fixentem, inducant; vel univerlum in systema agendo, nunc audito nimis uterina per vasa motu, ac stimulo secretionem in istis cruentam promovente, languinem disperdant; vel eundem, imminuta canalium reflectentia, fugientem transmitti, aut morbose fecerni jubeant.

Ex causis externis, stimulum localē vasis uterinis inferunt, & metorrhagiam tam menstruam, quam illam prægnantium, parturientium, ac puerarum, facilime provocant: concusso corporis, in primis abdominis ac pelvis, sub vectione in rheda per vias laxatas, sub equitatione, choreis violentis, sub laplu, ita; — Venus nimis fer-

fervidior, menstruo in primis imminente, vel adeo præteute jam fluxu celebrata, masturatio; — balnea, pediluvia calidiora, clysteres acres, pessaria irritantia; — nixus ad alvum deponeudam diutinus, tenesmus a dysenteria, vel a verinibus; — emesis violenta, frequens lierautatio, cachexus, tulis alpera, ferina, hypocaustrula cruribus tuberculata; — vestes arctiores, præcipue thoraces, quæ circuli humorum amplam per corporis superficiem, per ipsos pulmones, ac viscera abdominis præcipua, libertatem præscindunt, & sanguinis torrentem ad loca interna, minus compressa, determinant. Potissimum plurimorum abortuum, partusque præmatuti causam sicut coitus cum gravida incautus, in primis quo tempore os uteri profundius in pelvis cavum demerum est; quo menstrua pridem redire solebant; vel quo prægnantis conspicue jam prominet abdomen; — motus prolis in utero, umbilicali præprignis breviore sub funiculo, violentior, convulтивus.

Causæ vero vel internæ, vel quæ systemati univerlo, ac in primis uterino, simulcum superaddunt, & profluvia cruenta inducunt, sunt: corporis energia superabundans; spirituorum, aromatum abulus, emenagoga, aristolochica, abortiva, ut vocant, remedia, febris acuta, inflammatoria, cum aliquo, aut nullo exanthemate; viscerum thoracis, abdominis, pelvis inflammatio; fortior præcipue iracundia, lascivia; vel & veneris diutius negatæ desiderium intensum; rheuma, erysipelas ad uterum, &c.

Major longe causarum est numerus, quæ totius, & uteri potissimum debilitatem, ac sensibilitatem morbolam generando, profluvia croris hoc e viscere a dynamica inducent.

In ipsa sexus lequieris constitutione nativa, ac in educationis tam phyllicæ, quam moralis ratione, latet uteri, futuros ad fluxus hujus generis cruentos, & ad abortus dilpositio. Non enim solus haemoptoe seu pneumonorrhagiæ exemplo,

plo, in proles, parentum dominatur infirmitas; sed, experientia id nobis monstrante, matris in fluxus uterinos & in partus præcoces proclivitas haud raro transfertur in filiam. Fœminarum, in urbibus degentium, otio continuo, & luxuriæ ditarum, vitæ genus, corporis gracilitas, animique pathemata multiplicia, non possunt quin problem, easdem inertiae ac morborum ad leges institutam, sibi similem; & arnearum quasi ex telis conflatam generent, efforment. Quas maxima rerum omnium continuo premit penuria, matres,— quæ, vel utero prægnante, ad diros labores coadæ, vix habent unde proprium sustentent corpus, novumque simul civem enutriant, genitrices; hæ certe, sicut ad morbos ex debilitate plerosque, ita præcipue ad crux fœtusque per uterum jacturas promptiores existunt. Thoracum, quibus a prima fere infantia non ita pridem cingebantur virgines vel quidquam rusticarum a cœtu distinctæ, effectus, præter dictam jam valorum viscerumque compressionem, in eo maxime conspirabant: quod pectoris elegantiam, amplitudinem naturalem, inverterent, ac necessariam gravido quondam pro utero ventris capacitatem præpedirent. Restricti continuo, ac planam, vel concavam adeo in formam coadæ abdominis musculi, extenso quidquam per fœtum utero nimis resistunt, tenduntur; sæpiusque nobis vilum est, ac si non tam ipsius hujus vilceris, quam abdominis, extendi ulterius nescii, morbosa sensibilitas, præcoces ad partum dolores, & abortus provocasset. Sed alio nunc modo in propriam pertinem sexus sequior in urbibus delirat: dum vestibus, sub cœlo his minime favente, tenuioribus ipsi adeo pudicitiae, & cutis functionibus tam adversis, sanguinemque, ab ampla pellis superficie interna verlus cogentibus, vix induitæ, frigoris seale injuriis ultiro exponunt, corpusque, viribus jam nimis infractum, ulterius infirmare, ac futurum generationis ad opus ineptum reddere, profluviis ute-

uterinis exponere, et si tot exemplis funestis admittantur, non desinunt.

Est interim nimia ipsius uteri sensibilitas, quæ in multis, cum graviditatis certam ad periodum pertigerint, sub causæ alterius, levioris, accessione, ac tandem ob solam istorum contumetudinem, mox vilceris istius contractionem spasmodicam follicitet, placentam ab eodem destrudat, & sanguinem copiosum immaturo cum fœtu excutiat. Hæc uteri in profluvia cruenta & in abortus propensio, pluribus certe in fœminis, peccat a citiore partium genitalium, ob præcocem amoris, rerum venerearum cognitionem, cupidinem, tristationem, evolutione, plenitudine, turgescencia locali, — a lumborum, mollieribus in ledis, iac sub somno in diem protracto, fotu nimio, — a diurno balneorum, clysterum calidorum abusu, — ab alvi, sub exercitii, laboris defecu, obstructione frequente ac in longum protracta, ab hæmorrhoidibus, vel alio, aliqueto profluvio, vel lactis secrezione suppressis, — a fluore albo, morbis genitalium contagiosis, venereis, vel alijs prægressis, præsentibus, — a spasmis per sordes in abdomine latentes circa uterum excitatis.

Cœterum & febris intermittens neglecta, perniciosa, præcipue vero acuta nervosa, vel sola, vel cum exanthemate, cum variolis, morbillis, scarlatina, miliaris, petechiis incedens, scorbutus, chlorosis, viscerum obstruacio, hydrops, epilepsia, vel alia convullio, terror, metus, tristitia ingens, languinem non raro per uteros, vel ipso cum fœtu, dissipare cervuntur. Incognita nonnunquam atmosphæræ conditio, cur more quasi epidemicè profluvia, in morbis diversis, ex utero, & abortus sequantur, subesse videtur.

De præmatura placenta solutione, ac de perversa ejusdem ad os uteri, vel ad cervicem adherione, gravillimorum profluviorum ut causa, jam satis lumen locuti. Ultima hæc causa, tam iniqua, graviditatis quidem ab initio subficit, ac *Frank epitome L. V. P. 2.* N vel

vel primis sub mensibus abortui jam locum dedit esse est visa; sed plerumque, ut diximus, sex circiter aut septem partus naturalis ante terminum hebdomadis, quo tempore cervix uteri dilatari magis incipit, haemorrhagiam provocare consuevit. Nec minus a placenta, vel tota, vel ex parte, in utero nimis diu relata, aut spasmis hoc in viscere incarcerateda, — ex grumis sanguineis, polyposis, in eodem a partu concretis, vel altero a foetu puerperæ in sinu latitante, uterique contradictionem praepeditibus, profluvia cruris oriri monuimus. Sed & sine istis, frequenter atonia uteri, aut vix a foetu vel majore, dupli, & aquarum a mole insigni potentius extensi, aut celerius ab iisdem, ac placenta liberati, aut praetet modum vi vitali, a longiore ad partum labore, infrauti, aut versionis incautæ, sub opere nimis vexati, cruris uberrimi jacluram, facile lethalem, a partu inducit.

In fœminis, quæ fluxu menstruo, quo ætatis proveftæ ratione carere debuissent, sed eodem, aliquot jam per menses suppresso, iterum iterumque profusius laborant, interdum quidem, sub initio, — scilicet sub vidu copioso, potu generolo, lub ciborum, subactione faciliore, motu vero corporis exiguo, vires nimis abundant, ac pertinacis causam profluvii fistunt. Sæpius tamen congestio- nis sanguineæ circa uterum, multos aut difficiles per partus, abortus, frequentius vexatum, aut se- ra adhuc venere præter ordinem naturæ irritatum, aut fluore albo, chronicò, suo vigore privatum, aut denique scirrho, steatomate, ulcere maligno, cancroso, varicibus, obfessum, hoc opus est; quod medicos inexpertos haud raro, veræ sanguinis abundantiæ sub specie decepit.

Prognosis. Ex tradita metrorrhagiæ de- scriptione non minus, quam indole causarum, quæ diversas illius species inducunt, profluvii hujus cruenti prognosis vel sponte eruitur.

Quæ menstruis præter modum copiosis, aut frequentibus aliquamdiu laborarunt, haec facile a cau-

causis exiguis, ac tandem vel ob solam consuetudinem, ab eodem hoc profluvio vexantur; & demum conjugales ad amplexus & ad ipsam conceptionem ineptæ, vel saltem ad faciles abortus aut partus præmaturos admodum proclives reduntur. Hinc profluvii istius, aliquando jam primo sub impetu ominosi, dum saepius revertitur, pericula, tristes in civium generationem effectus, & curandi difficultas jam satis eluent. Augetur hæc ultima ob non exigua, contrariae jam semel cum hoc morbo habitudini renitendi, discrimina. Sæpe scilicet, et si causa hujus profluvii non in sanguinis abundantia consistat; dum cruentum incaute ab ute-
ro, adstringentium remediorum auxilio adhibito,
avertimus, hæc impetum cruentis alia ad organa
convertunt, vel phlegmenses, abscessus, ac difficiles
infarctus ipso in utero relinquentur. Sibi vero com-
missum profluvium, fœminam sensim sensimque
latice vitali exhaurit, & in chlorosin, fluorem al-
bum, ac tandem in tabem, hydropem præcipitat.
Majorem ab isto juniores ac vetulæ, quam mediæ
ætatis fœminæ, nisi gravidæ, virium jacturam pa-
ti sueverunt. Quamvis autem chronicæ ratio pro-
fluvii plerumque illam acuti celerisque affectus sua
pernicie longe supereat; majorem tamen sanguinis
quantitatem ex utero sine vita periculo mulier len-
te amittit: dum a minore, cum impetu brevique
temporis intervallo reiecta, mortis præsentissima
pericula incurrit. Periodica cruentis excretio, ubi,
sub magnis hoc ad viscus, ad lumbos, pelvimque
doloribus, vel copiosius, vel frequentius, vel æta-
te seriore, quam par est, prorumpit; saepius id,
sed maxime in sterilibus, aut provecta jam ætatis
in fœminis, de vitio ad uterum locali, organico,
seu de scirro, carcinomate, vel ulcere maligno,
quod pluribus abhinc annis, in Clinico Instituto
Ticinensi, cum magno uteri in vesicam urinalem
hiatu oblervavimus, testatur. Quod vero his ul-
timis e causis, vel ex viscerum obstrukione obsti-
naci icaturit, — vix unquam sanationem perfectam

admittit, profluvium uterinum. Quo brevioribus hæmorrhagia intervallis ex utero revertitur; eo pejor est. Quæ vero vix unquam intermittit: ea in longum jam tempus protracta, ev angelicos, ut ajunt, inter morbos numeranda est.

De metrorrhagiæ gravidarum periculis, quæ latis jam inculcavimus, vix est, cur multis hic agamus. Fluxum sanguinis fœminæ prægnanti moderate ac sine turbis, luto menstrua periodo, redeuntem; plerumque esse innoxium, — nec adeo omne, quod gravido per menses modo paucos, sine causa evidente, ex utero descendit, pro certo futuri abortus signo habendum esse profluvium, jam diximus, sed aliud de illo dicatur, quod prævio ad lumbos uterumque dolore, vel, sub isto, violentius, — vel sub oris uterini dilatatione manifesta, impetuose prorumpit, — vel quod mense aut septimo, octavo aut paulo tardius, præcipitat. Quo matutius ovum humanum ab utero secedet; eo minus hæmorrhagia ex eodem timenda est; sed crecit mirum quantum eundo periculum. Conclamatum est, sine manus expertæ celerissimo auxilio, si medium ad os uteri, jam diutius prægnantis, positio placentæ est; si cervici hæc adhæreat; imminuitur, pro illstantiæ ab ore uterino ratione, periculum; modo citius membranæ fœtus ruptæ aquis istum ambientibus exitum concedant, caput, aut nates illarum in locum subintrent, ac os uteri, donec partus lat cito expediatur, adimpleant. Contrario in casu, vel sub illo, quo sanguis ab utero circa fœtum celerius contracto non sifflatur, ac internum subnascitur profluvium, mors certa, nisi fœtus & placentæ extractione lat celeri averfa, imminebit. Præmatura placentæ ab utero separatio, præterquod matri, a profluvio cruoris inducto, exitum minetur; fœtui quoque, ad citiorem tunc aeris ducenti necellitatem redacto, nec tamen sat prompta, in lucem excluso, lethalis est.

Profluvia cruoris morbosa, quo citius a partu mulierem afficiunt: eo majus huic periculum an-

nunciant. Insigne rerum, ab uteri quasi paralyssi & inertia, discrimen est.

Cœterum, causarum, quæ anam his ex utero profluiis portigunt, diversitas, aliam quoque aliamque de re eadem prognosin constituit. Mors fœminæ, hoc a fluxu vexatæ, summopere timenda est, si visum sibi labescere, obscurari oculos, aures tinnire, susurrum, quasi ab aquis ruentibus, percipere, referat; si manus pedesque frigescant, aut sudor frigidus viscidusque faciem pallidissimam conteget; si pulsus, exilissimus, vacillat, intermit-
tat; si anxie jactatur, profundius suspireret mulier. Oscitatio continua, sonora, subsultus tendinum, singultus, convulsio, instantem jam mortem, ut in aliis hæmorrhagiis, prædicunt.

Cura. Præcepta profluiis hæmorrhagiis in specie, medendi generalia, huic quoque ex utero jacturæ croris cohibendæ inserviunt. Hinc, di-
stincta primum metrorrhagiæ curandæ specie di-
versa, ad habitum statumque ægrotæ, aut causam,
quæ malum induxit, morborum regnantium ad
indolem, ac præcipue num sanguinem cohiberi satis-
tutum sit, respiciendum est.

Si menstrua secretio in virgine, aut fœmina robusta, uberioris nutrita & succiplena, aut nimis, aut æquo frequentius, urgeat; si causæ aliæ stimu-
lantes, externæ, internæ, præiverint; si major necdum, quæ vires exuberantes depresso-
runt, hæmorrhagia successerit, ac pulsuum vibratio, plenitudo sic jubeant; si febris & symptomata inflam-
matoria, dolor ab attacku magnus, calor, fitis, se-
se manifestant: debilitans tunc methodus, ve-
næfæcio, potus frigidus, parcitas ciborum, aer
purus, subfrigidus, alvi per clysterem non calidum,
per lene evacuans, solutio, quies corporis & ani-
mi, supina illius super lecto duriore positio, potis-
sime conducent.

Similem sibi methodum metrorrhagiæ provec-
tæ jam ætatis fœminarum, ac, sensu physiologico,
vetularum, quæ corporis ob habitum robustum,
huic

huic malo subiectæ sunt, expolcit, ac instituta aliquoties in anno venæfætio, stimulique ejusvis, maxime venerei, & illius, qui a vino tatur, evitatio, seriorem sanguinis per uterum jacturam hujus indolis plerumque avertit.

Quousque vero istorum indicatio subintragit; ab externis, adstringentibus remediis, quæ sanguinem ex utero ruentem cohibeant, ob dictas jam rationes, abstinentendum est.

Vix interim tantus fœminarum, ex vera plenitudine, ac systematis sanguinei vi morbos, nimio menstruorum fluxu obrutarum est numerus; vel si talia sub morbi principio subfuerint, donec medicus a sexu verecundo, moderandi causa profluvii, consulatur: plerumque jam satis crux per uterum aufugit, ac methodus debilitans vix locum inveniet.

Quodsi hinc sanguis, non ob copiam, & ob systematis universi vim vitalem nimis adaudam per uterum pellatur, omissa tunc crux detractione, quousque licebit, in causas profluvii adynamici auxilia, nunc interna, nunc externa, dirigenda sunt.

Scilicet ubi nimia systematis universi, ac major hac uteri debilitas, metrorrhagiæ, qualisunque demum haec fuerit, ansam porrexisse videtur: ubi causæ, nervorum adionis spasmodicæ faventes, in fœmina hysterica debilique præcesserunt; & vacuo non minus, quam gravido ex utero, repulsa ab isto, varios in sensus contracto, placenta, sanguinem disperdunt; ubi pallidi coloris, & habitus spongiosi est mulier; ubi pulsus exiles sunt a debiles; tunc, nisi manus obstetricantis indicato hic auxilio, maxima erigentem, excitantem, roborantem in methodum, præcipue in opium, fiducia collocanda est: quad simul vel corticis peruviani, vel quercus, cascarillæ, sinarubæ, vel salicis fragilis cum extracto, in aqua cinnamomi vinosa solutum vel cum ipsa cinnamomi tinctura, & elixirio vitrioli remittum non paucis ex utce-

utero prolluviis arginem fistit. Hac lub rerum positione, profuit non raro injecta per anum, saturata satis, opii solutio, qua scilicet motus perversi, tam intestinorum in canali, quam ipso in utero, egregie pacantur. Vix multum ab opio per vaginam ad os uteri delato, quod nova sanguinis unda facillime remedium ab isto absurgat, speraverimus. Si gollypium, vel linteum contortum, opii solutione imbuta, & vaginæ intrusa profuisse concedamus; non opii hoc virtuti, sed mechanico auxilio tribuendum esse dicamus. Nec alterum Viri, cœterum egregii, opium mox a præstito effectu seponi jubentis, nobis, — facilitatis, qua hæc prolluvia, suspensa mox remedii roborantis, sipientis actione, recurrent, bene consciis, arridet consilium.

Alia sunt hujus census remedia, quæ sub statu debilitatis, ut causa prolluvii cruenti potissima, mulieribus conducunt. Huc pertinet imprimis decoctum ex pomis aurantiis viridibus paratum: quod & nobis in chronicis ex utero hæmorrhagiis interdum, — non interim ea, qua dicebant, constante efficacia, egille conspectum est. Nec minus, præter jam dicta, & alia adstringentia huc spectant remedia; quæ tamen, interius porrecta, spem aliorum, & nostram, frequenter fecellerunt. Præcipuum ex ipsis, alumen est, nec majora ex additionis huic, ut solent, vel sanguine draconis, vel gummi Kino, exspectamus. Hinc illud, vel pulveris, vel gratae solutionis sub forma porrectum, vel aliis superadditum, per nervosum, ut videtur, ventriculi consensum, sat felices hinc inde effectus exferit. Majores aluminis doses alvum movere jam diximus; ac similos effectus a gummi Kino observavimus. Sacchari, tinturæ saturni ad minimum suspectus in medicina usus est. In chronicò vero sanguinis uterini fluxu, quam sola debilitas & chlorotica mulieris constitutio induxit, maximum saepè ex ferri limatura recente, ex vitriolo martis, quibus cortex cinnamomi adjungitur, vel ex aquis mineralibus, obtinetur auxilium.

Juvat interim hic repetere: in tumultuosa nimis remediorum adstringentium, excitantium præscriptione, frequentius, quam creditur peccari; ac ipsam cinnamomi tinturam, ob stimulum, quem, infuetis istius, mulierculis infert, majorem, profluvii cruentis acuti pericula hinc inde augere. Cassiam hinc ligneam cortici cinnamomi calidiori, cum bono rerum successu substitutam fuisse legimus.

Saburras alimentari in tubo collectas, ad spasmos, etiam longinquos, occasionem porrigerere, evitum est. Has igitur ex ventriculo per vomitum ejici, atque ipsam sic profluvii causam eliminari, non pauci, & eximii inter hos viri jusserunt. Fatemur quidem, ab emeticis tum per ipsam irritantis materiae rejectionem, tum per stimulum, quem nervis ventriculi inducunt, ac in alios propagant, profluvia, sub certa morborum constitutione, posse frœnari; sed incerta nimis, sub tanta rerum complicatione, videtur indicatio; suspecta nimis, sub tanto ventriculi, diaphragmatis, muscularum abdominis, a vomitu convulsorum, tumultu, emetici in uterum cruentum actio, quam ut calamo res tam insignis momenti leviore tradare audeamus. Certe, qui toties abortus, ac cœtera cruentis ex utero profluvia ex bile derivant, videntur hi non raro morbi effectum pro causa habuisse. Sub quovis uteri affectu vehementer, sub dolore acuto, nixuve ad partum intenso, sub quavis demum hæmorrhagia violenta, nauseæ, vomititiones, ac ipse vomitus, istorum ut symptoma nervosum facile succedunt; nec si frequentius ab ipsa mulieri abortus ac fluxus utero cruentos promoveri fateamur, bilis, sub hoc animi excandescens motu, copiosius ex jecinore fluentis, id ipsum effectui tribuendum est.

Quodsi tamen emetica his in morbis commendare vereamur, non igitur refractas illorum doles hic loci, ut inutiles vel noxias, rejicimus, sed laudem, quam his alii dederunt, nos quoque lubenter eisdem concedimus. Stimulo qui-

quippe mitiore ac magis diurno, quam ipsa emetica, in ventriculi nervos operando, in partes quoque distantes a spasmo, debilitate, correptas, in uterum propriis a stimulis agitatum, vel nimis inertem, quin ipsas cutaneæ transpirationis in vias, haud raro agunt, & chronica potissimum ex pudendis profluvia, tum cruenta, tum alia, non raro compescunt. Ippecacuanhae hinc radici ad granum unum, alterum ter, quater in die porrectæ, laudes, quas sibi prima promeruit, non injustas tribuerunt. Cum vero adstringenti has laudes principio, quod tam exiguis in dosibus nullius fere momenti esse potest, adscriberent; errarunt, & ratio tandem non minus, quam ipsa experientia, in quæcumque demum emetica, eundem in modum porrecta, justiores esse, ac similes ab omnibus effectus impetrare nos docuit.

Sæpe tamen emeticorum, dosi minima haustorum, effectus, addito eisdem ab opio superantur, ac pulveris Doveri, in cohibendo cruoris profluvio passivo virtus quamplurimis felicis curationis exemplis confirmatur.

Est etiam, ubi, sub morbosa systematis universi, ac præsertim uterini, irritabilitate, sub calore urente ac febricula continua, acidum tenue vitrioli, aut elixir Mysichti, Halleri — maxime adjuncta simul tintura thebaica, potentius, ac præ aliis auxiliis, cruenta profluvia coerceant.

Potiora inter remedia, huic profluvio opponenda, digitalis purpurea certe pertinet.

Quodsi vero placenta, vel præcocius ab uteri parietibus aut fundo separata, vel cervici, ori uterino adhærens ac nunc ab iisdem avulsa, causam profluvii constituat, tunc aliud, quam obstetricantis experti auxilium haud supereft; & vita matris filiique ipsius, ab expedita membranarum, quæ istum involvunt, pertusione, fœtusque ipsius eductione, ad leges artis suscepta, dependet. Eodem artis chirurgicæ subsidio, nec fere alio & puerpera, cuius ex utero, aut partus reliquias, aut grumum san-

sanguinis retinente, hæmorrhagia contingit, indicabit.

Sæpius vero res ita constituta est, ut, quamvis aut necedum indicetur, aut locum non habeat violenta fœtus per artem eductio, aut vacuo ex utero sanguis præcipitet; a solis tamen internis remediis profluvia coerceri sat promte non possint, ac ut crux majore mox flumine, quam quod medicis subsidiis sistatur, sub vita periculo inlante, prorumpat. Sub hac rerum conditione ominola, oportet hinc medicum utrumque auxilii ad genus sine mora confugere; ac princeps hic curationis momentum in eo, ut scilicet vel uterus ad sui contradictionem producatur, vel ut sanguis, ejusdem in cavum regurgitans, polypi in formam cogatur, consistit.

Uterum fœminæ, vix a partu liberatae, ultra vires dilatum, in minus volumen redigunt, sanguinisque jacturam compescunt tam fasciæ, laxo ac pendulo abdomini, sub debita cautela, circumdatæ, — quam oris uterini moderata, obstetricantis per digitos, contredatio, irritatio; ac frigidæ, nivis, glaciei contusæ, circa uteri regionem, ad genua, crura, genitalia externa, frequens applicatio. In vaginam, ac ipsum adeo in uterum, a partu apertum, sub maximo profluvio, frigidæ, vel solius vel cum aceto, sale martis, aluminis, vitrioli albi portione remisstæ, quin ipsius alcoholis, injecatio, vel frusti glaciei levioris immissio, lethalem alias crux profusionem coercuit, ac uterum non minus, ut in se ipsum rediret, coegit; quam sanguinis in eodem coagulum, quod cruento torrenti arginem opposuit, promovit. Interim vix certius est in summa rerum augustia pessario auxilium. Linteum scilicet contortum, & aceto, aut aluminis, vitrioli martis solutione imprægnatum, in vaginam non modo, ut hanc impleat, sed simul, si patet, in uterum, quoisque penetraverit intrudendum est. Fatomur quidem hoc a corpore peregrino, haud modo uterum irritari, novos, quasi ad

ad partum, dolores excitari; ac illo citius extracto, pristinum prosluvii periculum reverti; sed melius est, hic anceps, quam nullum remedium experiri; novique circa uterum dolores non raro istius contractionem sollicitant, sanguinisque jacturæ limites praescribunt. Ceterum, nisi æquo majus sit pellarium; sat diu, & donec sanguis in utero coiverit, hoc perseret mulier: quo facto, vel sponte, vel ope fili appensi, quin fluxus, ut pridem, renovetur, linteum fecedit, vel sub debita cauta-
la, lente extrahitur.

Quid de usu fasciarum, in summo hæmor-
rhagiæ adynamicæ periculo, extremitatibus cir-
cumpositorum sentiamus, jam alibi declaravimus;
ac ideo, licet haud pauci auxiliæ hoc genus anti-
qui, aut Ipernant, aut adeo pro noxio declarent;
hoc etiam artis præsidium, in eo, de quo loqui-
mur, uterino prosluvio, adhiberi meretur.

Si vilcerum obstrutio sanguinem utero copio-
sius, quam ferat, advexerit, & chronicos croris
hoc e viscere fluxus causaverit: in primam hanc
morbi originem magis, quam in ipsum prosluvium,
convertenda est medici attentio; ac methodo sol-
vente, quod justæ sanguinis per sua vasa distribu-
tioni opponitur, obstatulum tollendum est.

Ubi polypus in utero latens hæmorrhagiam
excitat: sola est ejusdem ligatura, quæ fluxum
radicitus extirpet.

Cetera prosluvia, quæ symptomatice ex uteris
propullulant, pro indole morborum, a quibus ge-
nerantur, diversa sibi, nec tamen hic tradenda,
subsidia exposcunt. Qua vero ratione mulier ex
metrorrhagia convalescens pertraetanda sit, id sa-
tis in doctrina de prosluviis generali exposuimus.

O R D O I V.

P R O F L U V I A M I S T A.

G E N U S I.

R U M I N A T I O.

Crescit sub manu scribentis amplissimum de profluviis argumentum, & quæ de fluxibus serotinis, mucosis, cruentis luc usque docuimus, hæc illis, quæ de mistis dicenda supersunt, locum præscriptum arriperent; nisi post ea, quæ de nobilium fuga liquidorum præmissa sunt, breviores esse, ac doctrinam de materiæ crudioris, nec penitus subactæ, his vero ipsis commissæ, jæatura, contrahere liceret.

Hæc scilicet materia, ex tubo longissimo, cui primum res ex regno animali, vegetabili tractas, propriique in corporis substantiam convertendas committimus, — vel istarum, vel suscipientis has canalis, — vel causæ alterius ac remotæ ex culpa, saepius, nunc ore, nunc ano, nunc utrasque simul per vias rejicitur, corpus necessario alimento privat, ac tempore eodem humoribus huic ipsis, lege sanitatis, aut morbi, affusis exhaustit. Quartum ideo hæc abdominalibus potissime, quisquiliis commistorum liquidorum jæatura, profluviorum ordinem constituit: Sub quo, primum, placidum ciborum, chymi, ex ventriculo per œsophagum infau-

fauces accensum, ruminanti animalium classi naturalem, in homine morbosum, — mox vomitum, hoc ab soluto, — choleram, — post hanc vero diarrhoeam, ac tandem dysenteriam comprehendimus.

Qui cibos æquo copiosiores ingessit, ac multo simul hos in mero submersit, huic facile est, citra vomitum, vix affluita, nec gustu mutata, cum ructibus per œsophagum explodi, ac in fauces ascendere. Similia & debilis ventriculi hominibus, aliquot a pastu horis frequenter, — ita ut ciborum subdulcem, vel subacidum jam saporem ad gullam percipient contingit. — Non vero de affectu tam communi ac levioris momenti hic differimus; sed de morbo (etsi hoc negatum fuerit) per raro, a Veteribus haud descripto, ac nobis modo semel in praxi longæva & ampla oblato, sermonem instituimus.

Ruminatio hic dicitur, seu portionis ciborum unius post alteram, aliquam a pastu post moram, animalium modo ruminantium, præviis sine nauseis, sputationibus, anxietate, & sine quovis ad vomitum nixu, ex ventriculo in fauces placida reducendo, ac nova ejusdem, in multis, masticatio, deglutitio.

Symptoma. In proprio exemplo, vir senex, Papiensis provinciae pharmacopola, hypochondriasi quadraginta & quinque jam ab annis summopere affectus, a tanto vero tempore, cibos, quos affluerat: absque nausea & vomititione ulla, per œsophagum ad guttur elevare quotidie solebat. Dulces esse, interrogatus, æger constanter negabat. Post pastum lautiorem, partem ciborum dimidiad potuit pro libitu ruminare, ac altera quoque die singulorum saporem, ordine, quos pridie deglutiuerat, inverso, distinguere. Sub finem ægritudinis diuturnæ, tabe jam consumtus, acidam potius ciborum eructatorum esse indolem referebat; ac dum ad interiora truncum incurvaret: dolores ad ventriculum acutissimos accusabat. Tumor ve-

ro ingens regionem ventriculo & umbilico intermediam, attacu perdurus occupabat. Paucos post menses, mortem miserrimam subivit, &, ut nobis, cadaveris sectionem instituente a chyrurgo relatum fuit, scirrum pancreatis insignem exhibuit.

Sunt vero, qui cibos mox a pastu, vel paulo tardius, — sunt, qui subdulcem jam in chymum subactos, cum oblatione, nec prorsus sine arbitrio, ad fauces remandent. Sunt, qui alsumta prius fercula adhucdum semicruda, vel acidam in crambem conversa, cum aversione, per œsophagum sibi revertere, ac fauces, nunc quotidie, nunc saltem frequenter, inquinare persentiant. Nec tam ad vomitum res pervenit; sed ægrotantium pars maxima, fugientes per œsophagum cibos denuo, ac alternis quasi vicibus, — donec aliquot post horas, morbos a hæc alimentorum regurgitatio se detur, easdem per vias ad stomachum præcipitat.

Plerumque magna fese his in ægrotis debilitas ac turbæ in abdominis visceribus non paucæ, etiæ vix tantæ a primo ægritudinis initio, manifestant. Flatuum enim copia, ventriculi a cibis ingestis oppressio, lenta istorum subactio, rugitus, borborygmi, & alvi obstrutio vix non in omnibus occurunt. Aeger, quem nos ipsi observavimus, a quo tempore ruminare inceperat, hypochondriasi, ut diximus, in summo gradu simul laboravit. Non in omnibus cibus, quem primum aeger assumit, ex ventriculo ultimus, aut vice versa, — sed in multis sine ordine, regurgitat. Sunt, qui fame, hoc sub morbo insigni laborent; sunt, qui eodem sat diu, sine magno detimento, affetti incedant; sed sub conspicuo ex causis aliis ventriculi labore, sub lenta, vel prorsus neglecta ciborum subactione, oportet universum corporis systema necessaria nutritione defraudari; nec mirum est quod sensim sensimque, sub tabe lenta & macie extrema, his ærumnis succumbat ægrotus. Ruminatem cum alter hominem morbus corripuerit, cessare, ubique non verum est.

Causae. Ruminatio, diversis animalibus ex lege naturæ impositæ, causas nobis offerunt & ventriculi plutes in partes divilio ac mira construc-
tio; & præceps ciborum, sine dentium officio, ad stomachum transitio. Est nempe illis & ingluvies, seu aqualiculus, & reticulum, & omalus, seu centipellio, ac denique abomasus, seu faliscus: quæ saccum, distinctas in partes divisum, ingentem, si-
ve quadripartitum ventriculum, constituunt. An-
gustum ex primo & secundo in tertium ventriculum
est iter. Potulenta interim hic recipit per sulcum
ab œsophago venientem, nunc ut aquæ ingluviei
ac reticulo concedantur, apertum,— nunc vero, ut
has solus suscipiat, clausum. Hinc a mole non mi-
nus, quam ab asperitate confracti parum cibi ve-
getabilis, stimulus ventriculis, primo nempe atque
secundo, talis infertur: qui ad assumta propius am-
plectenda ac ulterius protrudenda has partes invi-
tet. Resistit ciborum nimis solidorum descensui re-
ticulum; hinc per œsophagum ad fauces illi, donec
latis comminuti, & cum saliva animalis latis misti,
subacti sint, ter quaterve, aut quantum sufficit,
ascendunt. Sunt alia, quæ simplici instructa ven-
triculo, ruminare dicuntur, nec tamen vere rumi-
nant, animalia; ipseque homo, nisi morbo correptus,
cibos haud eruat & regurgitat assumtos. Sed
intricata est morbos hujus ratio phœnomeni: nec
enim, ut fabula quondam ferebat, aut cornigerio
ex parte origo, aut duplex ventriculus, aut carno-
sior œsophagi conditio, hic adlunt, nec ea, quæ
chronicum læpe vomitum inducunt, nec major
œsophagi, ventriculum adeuntis, laxitas, nec acci-
da hoc in viscere latentia, et si hæc adesse simu-
queant, rariorem longe morbum ruminantium la-
tis explicant.

Nostram de prima hujus morbi origine opi-
nionem exposituri, præmittemus, nos credere: lo-
litam hypochondriacis, illatus ventriculo
contentos in fauces urgendi consuetudinem, rumi-
nationis ab actu non aliter, quam materiae ra-
tio-

tione, & quod gas sic explosum masticari ac ad stomachum reduci haud queat, differre. Pars major illorum, non prius, quam media vel absoluta jam quedammodo ciborum subactione, in aeriformis materiae per oesophagum explosione per horas occupatur; quo tempore jam stomachum liquerunt potulenta, solidorum vero reliquæ ciborum, tenuem jam nimis in crambem, quam ut facilius ascendant, conversæ sunt. Qui vero post cibos avidius devoratos, dentium officio haud satis comminutos, medioque in mero natantes, explodendis in ructibus se promptius exercent: hi, cum aere, simul ingesta, vel nequidquam mutata, vel in dulcem modo chymum conversa, sive naulea regurgitant. Sunt multi, qui impurum adeo ex naribus mucum retrahant in fauces, — qui expulsam cum tussi imis ex bronchiis, qualemcunque denique, materiam, oris in cavo, horroris expertes, revolvant, & ad stomachum, ut sua remandent; hinc illius quoque sine sensu, quæ primum ex ventriculo in gulam ascendunt, nec gustu eandem, nec mentem cum nausea offendunt, a quibusdam ad ventrem reduci non mirabimur; ac erunt, quos assumti reditus ferculi gratioris primum delectet; quin non ingratum faucibus experimentum repeatant frequentius, stomachumque inverso hoc in opere incauti, ad ipsam usque consuetudinem, cui demum resistere haud queunt, exerceant. Pars major certe illorum, quos ingestos ruminasse cibos compertum est, hypochondriasi ructibusque primum sat diu vexata fuit copiosis; ac plurimi ex illis, si demum redeuntes a bolo nauseam percipient: hanc tamen sub morbo hujus operis initio vel minime ferunt. Nullum quidem in ventriculos arbitrio imperium est in sanis hominibus; sed est utique diaphragmati musculisque abdominis vicinis; vidimusque non paucos, perfecta licet sanitate cœterum gaudentes, qui flatus ex stomacho, quoties id lubillet, cum impetu sonoros exploserint; nec est inde, cur magis his in rebus exercitatis, tum cibos tum potum

ex pleno ventriculo in œsophagum pro arbitrio, quin nausea hoc jubeat, urgendi potestatem abnege-mus. Hæc nostra, jam pluribus ab annis in publi-cis prælectionibus exposita, opinio, recentioris in-dustria auditoris, exemplo in se ipso capto, nuper confirmata fuit. Voracitas hinc, alimentorumque vix conciforum contritorumque ad stomachum con-gestio, contracta jam dudum explodendis in ruftu-bus conlueludo, tum denique minor primum a re-gerendis, quæ ad gulam ascenderant, non ingratis gustui, cibis aversio potissimum ruminatio[n]is ad opus occasionem largiri videntur. Erunt utique & alia in multis ruminantibus, vel læsæ digestionis, faburræ acidæ, viscosæ, flatulentiaæ, vel, ut nostro in ægro, & visceris adfecti alterius, symptomata; sed vel magis hæc cum ruminatio[n]e, quam ut cau-sam istius, subesse centenda sunt; vel ipsa rumina-tio illorum adinstar malorum, alterius ægritudi-nis, rarissimum, symptom[um] constituit.

Prognosis. Nili morbi alterius, difficilis, symptoma sit ruminatio, ia longum satis tempus eam sine magno vitæ discrimine perferri, docet longior plerumque, fœdi licet, morbi decursus: ut qui nostro in ægro, et si scirrus pancreatis subesset, quadraginta tamen per annos extensus fuit. Minor certe a sola ruminatio[n]e, quam a vomitu, debili-tas, quod sub illâ, alimenti succique nutritii jac-tura sit nulla, exoritur. Nec etenim cibo, et si hunc avidissime regerat, defraudatur ventriculus; sed redit is omnis sat prompte, longe melius subactus, ac salivæ intimius commisus; nec aliud, si motum peristalticum per horas modo aliquas inversum ex-cipiat, fœdæ damnum consuetudinis esse potest: ut igitur maciem ac tabem, in quam tandem rumi-nantes incidisse referunt historiæ, non tam ex illa, quam alio, coque primario ex morbo latente, ve-nisse credendum sit. Ruminatio[n]em ex patre in filium, alia quam exempli, aut vitii alterius auc-toritate tranlire, et si plures id afferant, haud cre-dimus.

Cura. Quem ab aliis modo corporis affectibus, vel a cibis avidius, sine dentium officio ingestis, & a perversa consuetudine derivandum esse credimus morbum, hunc, ni forte symptomaticum, nec propriam per methodum, nec alio, nisi constantis ciborum, regressum in fauces molientium, repressionis consilio curandum esse credimus. Quod vero tam parca nobis hoc in morbo experientia non offert, — hoc aliorum non minus observatio, quam ipsa ratio suggerat oportet auxilium. Cibos modo parcos, eosque facile subigendos, ac longo satis dentium officio submissos, frequentius ingerat, parumque liquidi cum istis hauriat ægrotus; ruftuum per œlophogum explosioni, quo magis potest, reflat; cibos vegetabilis parumque nutrientes, imprimis acidos, farinosos evitet; vino autem satis generoso, austero, nec tamen multo, horis a pastu jam aliquot elapsis, fruatur. Si quis aliis ruminacioni morbus, ut causa, lubet videatur: huic, si talia admittat, opportuna, alibique indicanda, opponenda sunt auxilia.

ORDO IV. GENUS II.

V O M I T U S.

Frequens de vomitu, tum iub febrium doctrina, tum inflammationum, quæ viscera partesque magis fessiles corripiunt, in historia, tum demum occasione exanthematum, injecta fuit mentio; & cum nullum, si canem excipias, sit animal quod vomitum tam sæpe, tamque levi ex causa, quam homo, exerceat, non est, qui morboſi hujus phœnomeni ignarus fit, vel nauseosum ipſe met experimentum hinc inde non fecerit.

Vix enim utero concepit virgo ſecunda ac vegeta, cum, ſeminis humani effectu in plurimas mulieres mirando, in vomitum, quatuor prægnationis per menses & ultra repetendum, prorumpat. Ipſe, qui jejonus ex utero proficiſcit, fœtus, haud raro vomit. Matris ab ubere pendens, nimioque lacte turgescens, ſtomachum ter quater die exonerat, mox a vomitu ſubridens puerulus, nec frequens deest adultis, etſi ſanis, vel a rei asperitu, memoria ingratæ, vel in veſtione in curru aut nave, vel ab inspeſto præcipitii discriminé, vomendi occasio: ut igitur vix morbum sæpe dicas vomitum; aut certe plerumque alterius hic ſymptoma ægritudinis, vel ex universi ſystematis affectione, pro habitu ventriculi, & proprio huic visceri ſub turbis generalibus agendi modo, vel ex

solo cum partibus amicis consensu, oriundum, appellari mereatur.

Hunc igitur vomitum, si ab eo, qui in febris, in gastriti de, ac in hæmatemesi subintrat, recedas, non erat quod pluris hucusque, ac alia morborum symptomata faceremus. Est vero, cur & suum tandem vomitui, qui primarium chronicumque ventriculi morbum constituit, locum assignemus; ac ea, quæ sparsim de vomitu in genere sunt dicta, & quæ de eo dicenda supersunt, hic in unum contrahamus.

Antequam vero, quid sit vomitus, dicamus; ejusdem de comite, seu duce perpetuo, nausea nempe, vomendi conatu, verba facimus qoportet.

Est ea scilicet ingrata & anxia circa stomachum perceptio, cum horrore a cibis, salivæ in oris cavum affluxu adauit, sputatione frequente, ac inani ventriculum superiora verus evacuandi desiderio.

Quodsi, crescente sub nausea, tum ventriculus, tum ipsum diaphragma muscularique abdominis hoc ipsum evacuationis ad opus sele componant; nec tamen istud perficiant: vomendi conatum, a nausia modo gradu majore distinctum, vocamus.

Definitio. Eorum vero, quæ ventriculo, tum solida, tum fluida, aere densiora, per œsophagum ingesta, — aut (ex intestinis, visceribus, vasisque annexis retrograda) per pylorum restituta, commissa, — aut illinc secreta, effusa fuerunt, ingrata, subita, violenta per fauces, vel & nares expulsio, vomitus vocatur.

Nec enim ructus, seu aeris, aut similis huic materiæ subtilis, sonora per os explosio, et si hæc vomitum plerumque præcedat, comitetur, pro ista habenda est; nec descripta ruminatio, cui desunt & nausea, & anxietas, & impetus, huc spectant. Nec ad vomitum revocabimus redditum ciborum potusve ex solo œsophago, nunc spasmodice constricto, nunc aliis a causis occluso: quem morbum,

bum, et si assumta hoc e canali hic inde cum impetu profliant; dysphagia potius sub nomine, alibi describendum, reservamus.

Differentiae. Varias autem vomitus, ut partim jam dictum est, differentias, causarum ex ratione petendas, agnoscit. Nunc etenim passu celeri, acutus, nunc lento, chronicus, incedit; nunc ventriculi, contentorum e culpa, primarius, idiopathicus, localis, — nunc alterius lege morbi, symptomaticus, vel ex solo consensu, proficiscitur; in hoc, sine ordine, anomalus, in illo, dato tempore, periodicus, habitualis, revertitur, vel & per artem inovetur. In ægri salutem subinde vomitus absolutivit, quem criticum vocarunt. Si materiae a ventriculo expulsæ ratione vomitus divisio petatur, multiplex is erit: utpote serosus, pituitosus, faburralis, biliosus, verminosus, fæculentus (ileum vocarunt), cruentus, insipidus, acidus, austerus, amarus, putridus, &c.

Symptomata. Ex dictis quæ vomitum præcedant, comitentur, symptomata, jam sponte patescit; interim pro gradu illius & vehementia, causarum pro indole, diversis, hæc differunt, ac alia aliaque succrescent.

Vomitum futurum annunciant, sensus in ore, fauibus, imo stomacho & ventriculo molestus, nausea continuo adaudita, ardor, oppressio in regione epigastrii, expulsio frequens, pallor faciei, horror aliquando & oscitatio, inferioris tremor labii, singultus, tussis, ructus, anxietas, alvi obstruacio. Instantem prædicunt, vomendi conatus irriti, sub quibus aliqua ventriculi commotio versus superiora lentitur; contrahuntur, mox iterum laxantur, iterumque tenduntur mulcoli abdominalis, hypochondria; spiritus retinetur, ac inferiora versus diaphragma deprimitur; augetur anxietas, sudores ad frontem cutemque univerlam viscidi, subfrigidi propullulant; lacrymantur oculi, naresque stillant; rubet nunc facies tumetque, tussis augetur.

Tan-

Tandem non sine sensu violentæ convulsionis ipsum ad ventriculum, sub artuum tremore, jactatione, sub ventris tanta constrictione, ut ipsa interdum intestina eundum deserere, ac herniam formare cogantur, largo hic flumine res, quas amplectitur, per oris, nec raro narum per cava simul, sub longa & sonora exspiratione, cum impetu expellit: primum, pleno nisi stomacho, fero insipida, serosa, pituitosa; posthinc & in filos ductilia; nunc, qualia ex reliquiis ciborum forte continet; mox, novo celeriter in peccus ducto aere, novoque visceris impulsu, subflava, amara; ac tandem profunde viridia, amarissima. Succedit his quies, & magni levaminis gratissima sensatio. Post brevem interim moram, nisi causa malorum jam rejecta, cessante, sub iisdem fere symptomatis, reddit, vomendi conatus, priore intensior, majorumque præcordiis inferens angustiam. In vanum aliquoties inanis concutitur emulgeturque ventriculus; donec hepar cum fellis receptaculo, intestinalum duodenum, diaphragmatis fornicisque abdominalis inter præla, angustius in spatium compressa, partem, quos continent, succorum, motu inverso, ventriculo, singulorum impatienti, transmittant. Hæc ita esse, ostendit major faucibus rejectæ, quam quæ ventriculo contineri omnis potuisse, copia indolesque materiæ; ostendit sanguinis fœcumque ipsarum, & clysterum, sub ileo miseranda per gulam expulsio.

Atque hæc fere vomitum graviorem consistantur symptomata, leviora certo tenellis in pueris, in gravidis non paucis, & in illis, qui largas post epulas, cibos potusque vel avide nimis, vel oopiosius ingestos, more canum, e ventriculo rejiciunt. Pro vario tamen vomitus decursu, aut celeri aut lento, periodico, aut pro causæ vel in ipso ventriculo, vel alibi hærentis ratione, differunt illius symptomata.

Sic in gastrite, vel blandissimis a liquidis inflammato ventriculo commissis, sub extremi sensu

sensu ardoris, doloris, hic illico ad vomitum convellitur. In cholera, a veneno, aut draftico remedio ingestis, diu, quin cibus aut potus suscepit stomachum, intestina, ad motus, quos produnt, violentos sollicitent, continua fere per œsophagum & anum, humorum priorum excretio est. A cibis potuque magna copia ingestis, non multas a pastu post horas, fibræ ventriculi nimium extensæ, in spasmodicas contractions rapiuntur, ac pondus inutile per vomitum excutiunt.

Aliter in chronicō, periodico peragitur res vomitu. Hic etenim cibos ventriculus non ubique recusat; sed exigit interdum, ac per horas illinc gratus amplectitur; hic vero per dies, aut per menses illæsus suscipit: ut tandem quod supereft ex illis, dato tempore impatiens excutiat. Has igitur vomitus diurni ac rebellis species præcipuas succinctius hic exponi juvabit.

Nunc scilicet ob viettus, pridie imprimis ad noctem, assumti, vel copia, vel indole peccantis, — cibi nempe vel pinguis, rancidi, vel crudi, tenacis, vegetabilis, acidi, aut potus fermentationi obnoxii, cerevisiae, vini rationem, altera mox die, ad horas matutinas, circa stomachi regionem constrictio ingrata, copiosæ expulso salivæ, densioris pituitæ creatio continua], sapor oris perversus, & ructus, & nausea, majorque in præcordiis ardor & angustia accedunt. Sequitur hæc tandem aut aquæ clarioris ac fere crystallinæ, plerumque insipidæ, acidæ nonnunquam, vel & amaræ, sub conatu a vomitu diverso, per œsophagum ex fauibus, unam alteramve ad unciam, vel & longe ultra, ad instar rivuli, ascensus; aut pituitæ tenacis, glutinosæ, albescens, subpellucidæ, insipidæ, interdum amaræ, ex acido austerae, ciborum cum reliquiis hinc inde commissæ, per œsophagum eruttatio, aut vomitus. Sunt alii, hypochondriaci imprimis vitamque desideri ducentes homines, qui licet a pingui alimento abstinuerint; post aliquot tamen dierum spatium, nauseam, periodice,

cum

cum liquoris insipidi, mucosi, interdum etiam acerbi, vel amaricantis modico; pinguedinem haud exiguum super pavimento adinstar sebi, late satis, nunc dimidii calami scriptorii, nunc aliquot fere pollicum diametro concrecentem, molem ac ductilem ab initio, sed mox ab aeris attactu duriorem, ignem sat promte concipientem, & ad eum, liquefcentem, e stomacho rejiciant. Infantes, pueri non raro ob voracitatem, ob lactis, vel pultis, ex eo farinaque paratæ, ob fructuum horreorum, acidorum abusum, a ventriculi oppressione, tumore, ardore, dolore collicisque affectibus corripiuntur, convelluntur interdum; donec plenum œsophago stomachum exonerent, aut pituitam acidissimam per vomitum excutiant. Ab his, grata ægroto quies, levitasque oppressi prius ventriculi conceditur; sed pristina diætæ in vitia reverso, per vices eadem, matutinas circa horas, labelcentis ventriculi incomoda succedunt: ciborum desiderium languescit, deletur, majorumque congeries malorum extrahitur.

Quodsi nempe vomitus, aut his causis a longo tempore agentibus, aut rebus, quæ partes corporis molles indurant, & callum aut scirrum in eisdem producunt, præmissis, — aut demum illis, quæ stomachum, intestina comprimere queunt, præsentibus, certas fere ad horas a cibis assumtis revertitur; ad ipsum tunc ventriculum, circa pylori angustias plerumque, interdum ad ipsas hujus facci membranas, vel ad intestinalium, aut visceris, partis alterius, ventriculo vicinæ, substantiam, causa vomitus hærebit. Assumtorum scilicet omnium vomitus impediat ventriculi intestinaliumque dilatationem consequitur, sive ipsa dilatare se non patiantur; sive opposita sint eorum dilatationi fluctu.

— Nunc etenim ipsius membranae ventriculi, vel modo hinc inde, vel in totum, duriores, crassiores & chartæ pergamenæ æquales redduntur, ac vix non cartilaginis æmulantur duritiem; aut variis, has ipsas inter membranas, tumores glan-

du.

duloli, scirrhosi, cysliici, aliique protuberant; ac non modo partem cavi, stomacho concessi, suam per molem, adimplent, locumque cibis necessarium præcludunt, superficiem ejusdem, prius levem ac planam, tuberosam efficiunt & asperam, sed simul totius figuram distrahunt, contorquent, positionem invertunt, æquali hujus facci extensioni, ac humorum per sua vasa distributioni resiliunt, & pondus hujus visceris adaugent.

Nunc vero, ac fere frequentius, eadem substantiae ventriculi vitia circa pylorum oriuntur, & arctam jam viam angustiorem longe reddunt; vel, quod ita pridem conspeximus, ac in Museo pathologico Viennensi conservavimus, ut nec aerem quidem, ne chymum dicamus, transmittat, penitus occludunt. Hoc idem efficitur a rebus, quæ subigi solvique per vires animales haud possunt, ventriculo comisis, & suam ob molem, figuram, ad pylori angustias defixis; ut prunorum a nucleis, ab ossibus, a nummis, aliisque hujus indolis a corporibus incaute devoratis.

Nunc ipsa intestinorum in substantia, vel eorum in cavo, nascuntur similia prædictis obftacula. In illa nempe, primum, tot glandulæ, folliculi mucosi, quæ ex causis diversissimis apud multos turgere, ac in duros, nec raro conspicuos tumores elevari cernuntur. Tantus quoque vasorum omnis generis, tantusque nervorum acutissime sentientium numerus hic est, ut his in locis, tot causis irritantibus continuo expositis, frequentior sit, quam alibi, inæqualis, spasmatica contractio, violenta extensio, vasorum compresio, impeditus humorum circulus, canarium repletio, infartus, ac humorum, vel in ipsis stagnantium, vel in contextum cellulofsum, membranis interpositum, effusorum, solitam in massam conuersio, polyposa concretio. Ipsum adeo emphysema, ab aeriformi materia, cellulofam intestini telam ingressa, hic natum esse, sectiones docuerunt. Atqui jam solis his a causis cavo intestinorum partem

tem sui luminis non exiguum s^epe detrahi oportet; nec rarum est, intestina, tam tenuia quam crassa potissimum, vel uno, vel pluribus in locis, plures adeo longitudinis ad pollices, tenuem in diametrum contracta, dura, & vix non callosa, alimentis lento fluxu hunc ad locum adpellentibus pertinaciter resistere, ac parte fluidiore transmissa, fœces tensiores, ampliore indies, super loco obstruo, in sacco retinere, colligere, ac propriæ corruptioni diutius committere. Nec certe desunt corporum duriorum, nucleorum, nummorum, osfium, concretionum terrearum, calculorum, vermium, amplos in glomeres contortorum, copiosa exempla.

Sed ipsa sibi obicem intestina hinc inde ponunt, dum pars una illorum sat conspicua, in alteram, ampliorem, pertinacius subintrat: volvulum dixerunt. Nunc vero pars intestini superior, inferiorem, — nunc hæc, illam, pro vagina sibi eligit, ac ibidem absconditur. Atqui frequentius hoc ipsum, vel pluribus adeo intestinorum in locis simul, — quin morbum ideo mox inferat, contingit; ac s^epius a morte, quin ullum id symptomata in vita hominis, ex alio longe morbo defuncti, docuisset, detegitur unus alterve volvulus. Quodsi vero sedem suam intestinum per causas morbosas constantius in alio intestino desixerit, ibique inflammatum, aliumque in modum ultro quam ut facile reverti queat, intumescat: eadem tunc, quam ab alio quoconque obstaculo, ciborum intestinalem per tubum progressui opposito, symptomata, ac vomitus rebellis, fœcalis interdum materia, quem ileum abhinc, & volvulum (incertæ nimis rei synonimo s^epius haud satis æquo) dixerunt, sequetur. Si pars major intestini in aliud intraverit, quod adeo de ileo intestino per valvulam coli, ad pedis longitudinem suscepto, observatione compertum habetur; sequitur illam annexum ei mesenterium, mesocolon; nec desunt (rara eti, ac facile non satis tuta, sed ex pseu do membrana, formam intestini, ac habitum lumente, explicanda) portionis

veri intestini, intus scilicet suscepτæ, & per gangrenam a parte sana separatæ, per alvum excretæ exempla.

Sæpe vero non ipsam ventriculi intestinorumque ad substantiam aut cava, — sed ad viscera vicina partesque contiguas, hæret causa, quæ stomachum, intestina coartet vomitumque inducat.

Ac primo quidem cartilaginis mucronatae, ensiformis, aut fractæ, aut luxatæ, ad ventriculum conversio, inflexio huc spectat. Rarior quidem, ac vulgus contendit, vomitus hæc causa, — sed & a nobis in Sterno futoris, in muleo pathologico Vindobonensi conservato, conspecta est. Hanc morbi causam, eodem fere cum successu, imitant virgines, mulieres, quæ propria cum thoracibus angustis hypochondria arduis in spatium cogunt, ac ligneis vel ex costa balænæ paratis cum chlamydbus, trabeculis, ventriculum, extendi plenus ne possit, stulte coercent.

Nec minus sterni, costarum fractura, ultimarum huc pertinet: quarum fines alperos & acutos, pulmoni sinistro profunde deorsum infixos, ac sua vel compressione, vel excitato illinc consensu, vomitum lethalem in viro bajulo excitasse, Ticini conspeximus.

Alias vero ex liene, hepate, pancreate, glandulis mesenterii, mesocoli affectis, & ex illorum tumore, scirlio, steatomate, calculis, compressio ventriculi intestinorumque proficitur ac vomitus. Fœminam in clinicum, quod Ticini est, Institutum suscepimus. Huic, plures ante annos, tumor ex sinistro hypochondrio surrexerat, per epigastricam regionem, dein per omne abdomen, ad pelvum usque, extensus, durus atque convexus. Quoties vero menstrua instabat excretio, tumor ventris insignem in modum augeri, vomitusque per dies quatuor vel quinque, copiosus excitari solebant. Ad nos delatam, quin menstrua hoc tempore instarent, continuus, per multas jam dies vomitus vexaverat. Hujus causam vomitus ljenis solius in vitium

ponentibus, pauci quidem. — ex eo, quod omne abdomen æquali, nec ullibi circumscripto tumore prominaret, vomitusque pridem periodice redire consueverit, consensum nobis ex integro præbuisse videbatur, mors interim prompta exhaustæ jam fœminæ, hanc nimis confirmavit diagnosin; ac vix dissectis abdominis integumentis, liene m uobis illico, ampli in modum scuti, intestinis ac ventriculo, arctum in spatium compresſis, incubentem, crudæ fere carnis molem referentem, & ex pelvi, ad quam cunei adinstar impaſtus hæſit, non sine labore trahendum, exhibuit, sexdecim librarum ponderi æqualem. Ventriculus pylorusque ab omni labe conspedi sunt immunes.

Alia, quinquaginta jam annorum fœmina, optimaque fruens hucusqne valetudine, a magno frigore medium per horam corripitur, mox ab isto, succedit vomitus biliosæ indolis, diebus sequentibus, quin frigus redivisset, non diu a cibo potuque ingestis, revertens. Rejetæ per vomitum materiae, ex bile cum cibis assumtis remista, constare videbantur. Alvis obstructa est, aut omni sexta, octava die fœces caprinas, fœtidissimas, deponit. In dextro hypochondrio dolorem ægra manifestat. Hoc rerum in statu, septem per dies versatur infelix, & animi mœrore quamplurimum oppressa, vidua. Cessavit, vero tunc vomitus, sanitasque, — anorexiā aliquemque in dextro hypochondrio dolorem si excipiam, videbatur restituta. Cum vero duodecim post dies, ob lites, vicinos inter parentes exortas, quamplurimum terrefacta fuisset mulier: illico materiam ex bile atque pituita constantem, ad pondus duarum fere librarum, ter vomuit. Cellante vomitu, accessit sudor viscidus, subfrigidus ad faciem & jugulum ab eo tempore, vomitus, quoties aut ederet, aut biberet, reversus est. Ad nosodochium nunc delata, exhibuit pulmon frequentem, subdurum, intermittentem; faciem quidquam rubram, capitis aliquem dolorem, os amarum, & linguam muco llavo obductam. Insig-

nis ægram dolor in dextro hypochondrio divexit: quo in loco, magna, & ad tres circiter pollices ultra costarum spuriarum limbum extensa durities distinguitur, abdomen quidquam tensum, alvus a sex jam diebus clausa, urina parca, rubra, doloris cum sensu excreta. Facilius in dorsum, quam in latera decumbit ægra, tristis & anxia. Eadem alteram in diem continuant symptomata. Die vero sequente, res vomitu ejectæ acidum spirabant odorem. Sic dies circiter quinque in nosocomio transegerat, cum, sub aucto hypochondrii dolore ac alvo obstruta, sub vomitu urgente expicaret. Sub cadaveris sectione comparuit ventriculus magnopere extensus, ac tam amplius, ut vix duobus ab osse pubis pollicibus distaret. Ex aperto ventriculo fluxerunt sex fere libræ aquæ nigricantis, multumque aeriformis materiæ explosum fuit, utriusque fætentis. Alcarides lumbricoides quinque, eosque mortuos, continuit ventriculus. Pylorus naturali quidem præditus conditione; aut multa ibi erat coardatio partiumque compresio. Hepar exterius molle ac sanum; cystis sellea bile fere vacua. Una nunc sectione uterque hepatis lobus dividebatur. Sub illa vero, culter in corpus durum impegit, & per vulnus hoc inductum calculus quem Ticinensi museo pathologico commisimus, exiuit, figuræ triangularis, ex albo flavelcens, lævifimus, & ignem facile concipiens. In tumore hic calculus hælerat cystico, materia simul sebacea replete, partem pylori externam inter & magnam hepatis scissuram, qua uterque jecinoris lobus dividitur, hærente. Tumor hic, in cuius medio ledebat calculus, ovi gallinacei superabat magnitudinem, & exiguos hincinde conceperat abscessus. Omentum parvum, inflammatione correptum. Tenuum intestinalium superficies aliquali a phlogosi obsessa. Intestina crassa, multum contracta, fæces in globulos compactas continebant. Colon transversum, a pondere aquarum in ventriculo hærentium, umbilicalem ad regionem depresso. Leviss
ad

ad urethræ orificium externum inflammatio. Frequentius certe, sub tantis sectionibus, ad lobulum Spigelii, quam alibi ad hepar, steatomata sat insignia & abscessus impuros deteximus: qui tumores, cum ventriculi curvatura minore, vel cum pylori viciniis concreti, non possunt quin cavum stomachi coardent, ac saepius ad vomitus, — interdum, subministrata ipso ex hepate materia, purulentos, hoc viscus impellebant. Ipso in foetu, tam ob ventriculi figuram subrotundam, quam ob maiorem, hac sub hominis ætate, hepatis lobum sistrum, ventriculo late superimpositum, tam frequens & facilis est vomitus.

Nec ut tam contiguus sit ventriculo tumor comprimens vomitumque inducens, requiritur; sed ipso adeo thoracis in cavo, quod de costarum sternique fractura jam supra innuimus, interdum causa, quæ ventriculum, diaphragma uno in punto inferiora versus urgendo, compressit, est vasa: cordis eo in loco, quo septo intermedio incubuit, in osseam substantiam conversi exemplo; quod stomachum in vomitus rapuisse, vir clarus conspexit. In phthisi ex ulceribus pulmonum, frequenter, sub fine morbi lethalis, vomitus, — quos quidem visceris consensus utriusque bene explicat, contingunt; quodsi vero tubercula, pulmonum lobos inferiores diaphragmati concretos dura statisque elevata occupaverint: non est, cur ex consensu magis, quam ex mechanica ventriculi compressione, irritatione, hos vomitus derivemus. Vir medicæ artis incrementum natus, sed fato huic & nobis iniquo, Vindobonæ, non multos ante annos, in flore ætatis, crudeli creptus, a tabe, feroci a tufse jam unum per lustrum, — ultimosque vitæ per menses pertinaci, ac vix non indies redeunte a vomitu simul vexatus, proprii ventriculi aut pylori de scirro, vel callo, steatomate, vix dubium alebat; interim nec minimum hoc in viscere vitium, — pulmones vero tuberculis, pro parte suppuratis, undique obstellos deteximus. Pulmonum hinc

hinc ad lobos inferiores tubercula, scirrus, inflammatio conspicua, cordis aneurysmata majora, — abscessus, steatomata mediastino reclusa, humores serosi, purulentii, sanguinei, thoracis in cavo magna copia collecti, ad causas vomitus, quam compressio inducit, chronici, non raro pertinebunt. Quam insignem herniæ diversæ, compressis, strangulatis, quæ loco suo egressa sunt, intestinis, vomitum inducant, cuivis ex chirurgicis est notum; nec minor compressionis in intestinum per vulnus abdominis prolapsum est actio.

Sed & pancreatis non raro vitium, ut causam chronicus vomitus manifestam se se prodidit. Est quidem, ubi conspicuum haec pars in scirrum mutata, vomitum tamen nequam induxit; sed aliorum tam felix non erit ærorum conditio. Nunc enim scirrhosi tumor, pancreatis, ipsum, aut duritie, aut asperitate sua, ventriculum irritabit; aut suam per molem, satis dilatari hic saccus queat, impedit, nunc vero duodenum, eundem in modum lacellet premetque intestinum; nunc humor salivali hoc abdominis in fonte corruptio secretus, acrimonia peccabit, nunc sua forsitan inertia, paucitate, quod suscepta in canibus docuit excisio pancreatis, ne chymus huc allidens sat citio diluatur, subigatur, aut ne billis cysticæ; a pleo ventriculo expressæ, corrigatur acredo, inhibebit; nunc, inducta per pancreatis tumorem insigne venæ splenicæ vicinæ compressione, sanguis circa ventriculum collectus, adaucta hujus partis sensibilitate, eundem ad vomitum, interdum cruentum urgebit.

Steatoma, tumor de inflammatione participans, purulentus, cysticus, scrophulosus, scirrhosus, carcinoma glandularum mesenterii, aut hydrops ejusdem, nec non partis cujuscunq; contiguæ vitia similia, huc pertinent: ut a quibus, compresso intestini aut tenuis aut crassi canali, pertinax non raro, ac periodicus fere, vomitus inducitur, ac descripta jam partim alibi oriuntur symptomata.

Prout vero vicinus a cardia, ventriculi (angustioris illinc magisque contracti) vel callus, vel tumor scirrhosus, vel aliud obstaculum delitescit; eo citius a pastu, — nunc tribus, nunc septem, nunc pluribus ab eo horis, continuo augentur angustiae, nec non diversa materiae per vomitum rejectae est facies. Sæpius nempe, sed certe non ubique, — nec pylori solius, sed & pancreatis sub scirrho, carcinomatæ, vel ulcere impuro, fusti, obscuri hæc coloris est, & fætet; tractu temporis, sub ingenti ructuum copia, nec raro sub continuo sanguinu, — vel, si profundius intestinorum in tubo obstaculum hæcerit, sub continuis borborygmis, ventris sonora sub intumescientia, non raro inæquali, alvoque pertinaciter in plurimis obstruenda, acidissima expellitur. Si quando vomitus consuetum ad tempus non redeat: sub majore tunc molestia plerumque, sub stomachi inflatione manifesta, sub ardore, dolore ventriculi adactis, majorem simul ad copiam paulo tardius revertitur. Mirum est, quod, quæ tam lente in plurimis nascuntur circa pylorum, aut stomachum, vel ad ipsa intestina obliacula, tumores, steatomata, vel scirrhi, sæpius per annos sine turbis præmagnis, si ruetus, flatus, oppressionem ventriculi, deletumque per tempus ciborum desiderium, excipias, delitescant: donec, accedente imprimis terrore, aut animi mœstitia, aut ira gravioribus, — aut emetico vel draftico remedio, obfallacem signorum gastrorum cohortem, porrecto, aut novas ob crupulas, — non facile sine sensu horroris, caloris levioris, ingestæ per vomitum reddantur, commissa bili, pituitæ, alimenta potusque. Ab hoc fere tempore, concessis interdum dierum, hebdomadum quarundam induciis, præviis copiolis expunctionibus, vomitus reddit alter iterumque reddit; oppressio ventriculi augetur; nec rarum est videri tunc ægroto, aliud in latus converlo, pondus aliquod hoc idem in latus altiore e loco revolvi ac descendere: quem duri corporis motum interdum vel ipsos medici per digitos

gitos licebit distingui. Sunt, quibus dolor & tensio epigastrii, hypochondrii, converso in anteriora, trunco, moderentur; alios, alia, brevi tamen solatio, sublevabit corporis positio. Adolescentem jam morbo, sub macie corporis extrema, sub pulsu nunc frequente, nunc satis naturali, et si longe debiliore aquarum colluvies in ventris cavo subnascitur, fluctuatio manifesta percipitur. Frequenter nunc, & absoluto, quem amplius vix appetunt, a pastu, ingruit mox vomitus: debilitas, inœstitia, pallor faciei augentur, hypothymiae hinc inde accedunt, dolores circa stomachum, hypochondria, vel ipsum ad ventrem, sub magna istius tensione, ardentes insurgunt; singultus sub auctis doloribus frequentior fit; ac tandem sub vomitu enormi, vel sub maximo ad istum conatu, tantorum pertæla malorum efflatur anima.

Sed quemadmodum ipsis sub mali horrendi primordiis, haud raro ejusdem natura non agnoscitur; ita varia, quæ morbum exasperant, spirituorum, emeticorum, purgantium e classe, porringtonunt, remedia. Sic & vomitu jam certas a pastu post horas redeunte, non minus incerta saepè morbi formatur diagnosis. Tumoris scilicet duri tensique circa regionem epigastrii in vita præsentis, ab attacu dolentis, — sed a morte, præter dissensum ab aere ventriculum nil reperti, loquuntur exempla. Ipse nempe ventriculus, vel ob pylori angustiam, vel propriæ ratione inertiar, atoniæ, ad immeosam haud raro amplitudinem, ac in utrem, ipsi fere ventris cavo æqualem, distenditur, vaporum flatuumque a copia repletur, varios in sensu distrahitur, ad umbilici, pelvisque adeo in regionem descendit, & alterius longe vilceris scenam ludere consuevit. Vel ipsam post mortem, ventriculum peramplum, œsophago per filum prius circumdato, tam arde per tumorem ad pylorum residentem occlusum deteximus: ut aer copiosus, qui tantam hoc vilcus in molem repleverat, nec spoute exire, nec exprimi per artem potuerit. Sed & py-

loro nequaquam scirrhofo, calloso, et si debili laxo. ve ventriculo ad sui contradictionem violentam haud tanta esse videatur potentia; lequitur tamen ac multoties revertitur vomitus a cibi corrupti, ac vilceris extensi a stimulo, ut videtur, diaphragmati muscularisque abdominis illato & debilioris vim stomachi supplente. Exemplum quidem viri exstat, qui, ob summam ventriculi capacitatem in cavarere ejusdeni repartam, cum viveret, a fortioribus etiam emeticis assuntis, vomere non potuit; sed non semper cum stomachi extensione vel maxima, vomendi potestate hoc viscus spoliari, exemplo feminæ, a nobis supra allato, confirmavimus, & altero, mox infra adducendo, ostendemus.

Ambigua satis ac difficilis est causæ, quæ hunc vomitum inducat, indagatio. Facilius quidem, egregio non ita pridem monente Viro, quam si callus, aut scirrus latuerit, hic vomitus — ac uno quasi cum impetu absolvitur; nec doloris aut ponderis sensus regionem epigastricam circumdat; ructus flatusque fœtidi frequenter, quin vomitus sequatur, vel & antequam hic luccedat, prorumpunt; sensus plenitudinis, repletionis in stomacho, evacuari conantis, percipitur; tumescit, subrotundus in medio mollisque venter, compressaque rezone umbilico pubique intermedia, aut ructus, aut contenti pars liquidi per œsophagum assurgit; lenescentes jam, voraces bibulosque magis homines, quos, pallido sub vultu, debilis jam pridem ciborum vexaverat subactio; qui majores in istis potuque stimulos, ut famis, quam saepè manifestant, tentum libi excitent, sollicitate querunt, hoc malum divexat: ut qui ferculis copiose, ac plures interdum ante dies ingestis, ad stomachum torquentur, & copiolos eosque liquidos, ferolos, vix tamen fœtidos, interdum acidos, patiuntur vomitus, qui fulcum haud facile, sed cinereum vasim ad parietes sedimentum deponant.

Est sane aliqua his signis, sed vix tanta, quæ errorem excludat, auctoritas. Ipse nempe ven-

ventriculus tantam in amplitudinem extensus, ut simul profundius in abdomen descendat, oportet. Hoc vero sub statu, distracto nimis in longum œlo-phago, angustior hic redditur, nec furgentem ex imo quasi ventre crambein tam facile regurgitat. Quodsi tamen vorace bibuloque in homine, debili jam pridem subaktionis ciborum sub opere, sub alvo largas pluresque post epulas per dies clausa, sub abdomine ex imo subrotundum in utrem turgentem, sub minore epigastricæ regionis tensione, angustia, dispnoea, — sub statuum ex medio quasi abdomine ad œsophagum adscendentium tensu, vomitus longiore a pastu mora sequatur abundans, ventrisque tumor imi sub illo dispreat; — aut si compresso a manu, jam nimis replete, abdomine, & flatus & contentorum pars liquidior facilius per œsophagum repullent; licebit tunc, — et si stomachum utroque vitio, nimia scilicet amplitudine & callo simul posse laborare, nemo, tunc fatis certus, negaverit; de inerte ac extenso nimis ventriculo, ut cauda vomitus præcipua, cogitare. Frequentem, et si vix periodicum, vomitum vir excelsa fede natus, gulæ vitiis nimis deditus, a longo jam tempore patiebatur. Ructus hic præterea tam male olentes, ut plurium atmosphæram cubicularum, latrinæ instar, inquinarent, explodere consuevit. Circa pylorum, scirrum, — sed, ob dictum fœtorem, & ulcus latere, suspicio nobis, ad consilium vocatis, nascebatur. Post mortem, ille quidem detectus, sed ulcus repertum non fuit. Ventriculus vero non modo ad ossa pubis usque extensus, sed prope cardiam quoque in alium quali faccum, in quo cibi, huc delati, in propriam corruptionem abire, doloresque excitare, ac fœtorem illum infestum, per ructus, spargere solebant, dilatatus repertus est.

Atqui nec major quidem languidioris extensio ventriculi requiritur, ut vomitum hic plures in annos frequentissimum, ac demum ægroto funestum, rebellis exerceat. Vindobouensem ad virum tri-

ginta quatuor annorum vocati sumus. Hic aliquot a mensibus, sub macie continuo adaucta, ac sub febris, quam hæticam adpellant, symptomatis, singula quæ ingerit, post horas aliquot a pastu, nunc ad noctem, matutinum nunc ad tempus ventriculo expellit. Vigiles tandem & ultra vomitus, vel unica in die, & vix assuntis vel cibo. vel potu, illico, vel & sponte, exoritur. Atqui nec tumor epigastrii, nec tensio detegitur: sed multis a hinc annis vertigine & capitis dolore laborare, dein ad horas matutinas non ad alias, ingesta vix quidquam mutata, vel chymi sub specie, evomere solebat. Venam homini, & tandem a morbo, & a veneris, quibus nimium indulxit, illecebris debilissimo, frequentissime adperiunt, hirudines ad aures, &, quod fluxum hæmorrhoidum interdum sit passus, ad anum, ponunt. Augetur debilitas, frequentior fit vomitus: sub quo, bilem viridisissimam expelli videntes, alvum ducentia quamplurima præscribunt, ac ægrotum, in statum de quo diximus, conjiciunt. Sub tantis ærumnis, decoctum ex chinæ cortice cum aqua cinnamomi & tinctura anodina præcribimus incassum. Vir clarus & expertus, sinnul in consilium vocatur; sed mortem in vicinia esse, ex continuo singulu, ex animi deliquio, & ex pulsuum conditione, ambo intelligimus. Eadem vero fecuta, cum vitium, ut vocant, organicum circa stomachum, aut pylorum, sollicitate quæsiverimus: nec istud quidem, nec aliud, si totum vasorum sistema sanguine quasi omni orbatum excipitis — nec ventriculum mole auctum, aut nimis dilatatum, deteximus. An calvariæ in cavo, quod, ob temporis penuriam adpertum non fuit, vertiginis prægressæ, doloris in capite tanto rumque latuit origo malorum? . . . ex eo certe, quod alia, quæ tale quid docerent, symptomata tot per annos non occurrerint, id minime videtur. Ipla nempe corporis, valorum inanitione ad vomitum contribuit; vidimusque non paucos, qui sub venæ sectione largiore, — formunas, quæ sub uteri

profluvio cruento, copiose vomebant. Sub fame diurna, & nausea, & vomitus succedunt; ac frequens hysteris, hypochondriacis hominibus, ex sola debilitate ac ventriculi sensu nimis intenso, vomendi est occasio. Sola rerum ingratarum recordatio, pilus optato in ferculo repertus, stomachi movent, ac in sensibilibus vomitum illico excitant. Homini diutius obscurò in loco detento, solus lucis vividioris aspectus vomitum jam movet. Notus est nimis, effrenis ex itinere maritimo, seu vescione in nave, oriundus vomitus. &c.

Est chronicus vomitus species adhuc alia, quæ ad illam de qua loquimur, sensitatis nempe in ventriculo nimis intensæ, plerumque revocanda, ac, et si symptomatica, hic tamen, ob magnas, quas in artis exercitio subministrat, errandi occasiones, nequaquam reticenda est. Oritur hæc in sexu maxime leuiore, cui menstrua, vel gravidum ob uterum, vel ob causas morbosas, — vel demum solitæ haemorrhoides, — nec non in viris, quibus consueta hæc crux ex ano profluvia vel plurimum imminuta, vel protinus suppressa sunt, plerumque aut hysteris, aut hypochondriacis affectis in hominibus. Hac sub rerum conditione, ut alibi iam diximus, non raro sanguis, ventriculi viscerumque abdominalis debiliorum, vicinorum, in vasis diductis, aneurysmaticis, varicosis colligitur, ac vomitum cruentum, — quo interim saepe res non pervenit, sub diris ad præcordia doloribus, angustiis, sub ventriculi oppressione, lipothyminæ sub sensu, sub nausea, vel sub vomitu, imprimis quo tempore pristina prodire debuissent profluvia, adiuncto, expeditat. Et si vero debiles & languidos hæc sanguinis circa stomachum collectio in vomitum præcipitet; est tamen, ubi vires non infraactæ sint, & ex suppresso profluvio naturali, vel solito, abdominalis species plethoræ robustis vegetisque in hominibus, in cauâ sit vomitus, ac talem, acutum scilicet, vel in vera pmonum

monum inflammatione, sicut ipsam diarrhoeam, subinde contingere, jam alibi monuimus.

Evidentior vero sensibilitatis morbosæ in ventriculo est astio in illis, qui cholera laborant; qui faburrali quidem ex causa vomuerunt, sed, jam omni rejecta, n vomitu effreni continuant; in illis, quibus aphthæ oris, œsophagi, ventriculi ad cavum prægressæ, ac a nuda superficie istius separatæ, aut ulcus, vel prævia inflammatione, suppuratione relictum, vel aliis ex causis in ipso ventriculo lento passu inductum, impurum, herpeticum, scrophulolum, carcinomaticum, vel ab hepate, liene, pancreate fuppuratis, vicino cum ventriculo concretis, ac eodem, ut vidimus, erofo, in ejus cavum depletis, vomitus a re quavis, vel blandissima assumta, sub diris in epigastrio ardoribus, doloribus, copiosos, nunc parum aut nihil, nunc satis aperte purulentos, ichorosos, fœtidosque producunt.

Nec minus huc spectat vomitus, antiquo ab ulceri promtius sanato, a podagra, ut se exprimunt, ad stomachum regressa, retropulsa, oriundus. Quamvis enim hoc mali genus, nunc acute incedens, nunc chronicum, ex alio, ut quondam docubimus, quam materiæ peccantis ad ventriculum depositæ effectu, explicari bene queat; ac etiæ alterius id symptomæ morbi dicendum sit; suum tamen hoc in tractatu de vomitu rebelli locum omnino meretur. Oritur nempe hic vomitus in illis, qui arthritidi, ut vocant, fixæ, seu podagræ subjecti sunt, si medela huic perversa opponatur; vel si, corporis effecti languore, consueti ad pedes dolores prorumpere reculent. Hoc scilicet ex fonte, vel iisdem potius ex causis, quæ podagram inducunt, non raro viscera abdominis mali sedem largiuntur; ciborum illico prosternitur desiderium; accedunt oppressio ventriculi, tenlio, tumor doloreque regionis epigastricæ; nausea his jungitur ac vomitus tam atrox, ut veneni suscepit nonnunquam oriatur suspicio, aut dira ventriculum, intestina,

videatur occupare inflammatio. Alias, sine tanta symptomatum atrocia, nausea, vomitus, dolorque ventriculi, aut longum per tempus, aut certos per redditus, ægrotum, a podagra interea immunem, rebeHis divexat. Si forte solitus ad pedes, aut manus, dolor compareat: evanescunt stomachi prius affecti symptomata. Virum, a multis retro annis frequenter a podagra affectum Ticini conspexit. Huic diu podagra pepercerat; sed intumuit, sub cordis palpitatione pulsuumque intermissione fere continuis, abdomen, ac insignis tunc viscerum singulorum infartus subintrasse videbatur. Resolventia, sic dicta, remedia incassum jam diu ingesserat; rediit tandem consuetus ad pedes dolor, ac abdomen in integrum detumuit. Fœmina Mediolanensis, vomitum, a quinque jam annis, non quidem continuum, sed omni fere mense ter quaterve redeuntem, atrocem, experta est. Cum nullum hucusque a medicis auxiliis levamen malorum habuisse ægrota, Ticinum adivit. Etsi vero in sexu fœmineo, podagra, quam in alio, sit rarer; cum tamen a patre hoc morbo crudeliter vexato originem hæc mulier traxisset, & frequentes antehac in artibus dolores, quasi arthriticos, conquesta esset: qui dolores eo, quo vomitus accessit, a tempore siluerant in integrum; aconiti extractum huic fœminæ largiores ad doses, ac parata ex sinapis farina pediluvia, nec non quavis oðava die rubefaciens ex cantharidum emplastro remedium ad pedes præscripsimus. Post mensis fere spatum, accessit vehe mens podagræ insultus: a quo vomitus in integrum disparuit.

Similia vero scorbutus hinc inde vobis offeret ventriculi affecti, fallacia, symptomata; nec de istis hic sermo foret; nisi proprii hac in re, plures ante annos, commissi erroris eundem nobis imponeret, profutura vobis iplis, memoria. Cum scorbuti signis clinicum Institutum Ticinense petierat fœmina. Accessit scorbuto febris epidemica, pro gastrico — nervosa tunc habita. A primo febris

bris insultu, magnum in regione ventriculi pondus, ructus sc̄tidissimi, oris summa amarities, at de-
mum vomitus biliosus, amarisimus, quo vermes simili plurimos & ore & ano ejecit, comparent; anxieta est magna, ac fauces a glomere ex sto-
macho per oesophagum ascidente confiringi spiri-
tusque clidi videntur. Solventibus præmissis reme-
diis, lene, quod nullus ab assumitis dolor ellet ven-
triculi, ex ipecacuanha radice, præscribitur eme-
ticum. Gastrica abhinc increscunt symptomata, &
sinistro in oculo ecchymosis lat larga comparet.
Repetimus diebus sequentibus, iterumque conces-
simus emeticum; sed morbus, eti opium compe-
scendos demum ad vomitus in auxilium vocaretur,
continuo augetur, ac die duodecima terminatur in
mortem. Aperto cadavere, fugillatio comparuit
ad internam ventriculi superficiem amplissima, sub-
livida: ecchymosi ad oculum hærenti simillima.
Pancreas a scirro corruptum, thoracis, pericar-
di cava, ab aquis partim repleta distebantur. Nul-
lum tunc nobis dubium esse potuit, hunc vomitum
lethalem, non ex gastrica laburia, sed ex morbo
principali, qui scorbutus erat, & ex fugillati
sensibilitate morbosa ventriculi, ab emeticis certe
non parum adaudita, originem traxisse.

Vomitus gravidarum, eti per consen-
sum frequentius, quam primaria ventriculi e cul-
pa oriatur; — istum fere magis, quam alium ad
locum, revocandus est. Is nempe in quibusdam
mulieribus vix primis ab imprægnatione diebus
aut hebdomadis, — in multis paulo tardius, —
in plurimis a prima fluxus menstrui cestatione, —
mutis, nec frequens, nec multus in ipsis, — in aliis
uberior ac vix non continuus, medium fere præ-
gnationis ad terminum, interdum vero ipsum adeo
ad partum, — nunc stomacho jejuno, nunc a cibis,
nisi uno alterove, ex regno fere vegetabili, non
facile animali, excepto, fere singulis, — serofus,
mucosus, acidus in ipsis, in aliis amarus, in qui-
busdam adeo cruentus, exoritur. Sunt aliquæ,
im-

imprimis corporis strukturæ minus extensæ, aut factum in utero majorem, aut gemellos, aut copiolum saltem annu liquorem ferentes, quæ in ultimis potius, quam prinnis prægnationis in mensibus, maxime si cibis quidquam copiosis indulgeant, naufragium patientur ac vomitum: quæ symptomata vel usque ad partum, vel donec uterus ante illum, ut solet, subsederit, continuant. Communior illis est hic vomitus, quæ largioribus antehac subjectæ fuerunt menstruis; ac languidores urbium apud foeminas frequentior, quam in rusticis; robustæ interim hinc inde non minus, quam debiles, cum conceperint, cibos per œsophagum rejiciunt. A vomitu peracto, pleræque sublevatas se sentiunt; nec facile aut prægnans, aut fœtus, abhinc salutis detrimentum patiuntur; alt si frequentior, violentior, a quovis fere cibo, pluresque per menses is redeat; debilitas ventriculi & languor totius, vomitus cruentus, vel hæmoptysis, herniæ, uteri descensus, prolapius, vaginæ, abortus, timenda sunt.

Sed nec ipso sub partu immunis est foemina: quem scilicet non raro ultimis sub nixibus, tum ex uteri, summopere ab istis vexati, cum ventriculo consensu, tum ex abdominalium musculorum, & diaphragmatis contractione violenta, experitur,— partui, ut putant, profuturum; sed pro potentioris potius ad fœtum protrudendum actionis effectu habendum.

Multa hic foret consensuali de vomitu ulterius differendi occasio, nili talem, ut aliorum symptomata morborum, alibi descriptum leviore nunc calamo tetigisse, quod partim hucusque evitare non potuimus, sufficeret. Sic a sola jam faecium, pharyngis, per plumulam, aut immissum his per digitum, irritatione, ventriculus convellitur & contenta expellit; a dentitione in pueris, sicuti diarrhoea, ita non infrequens est vomitus. Ex admoto cruribus, herpetico ab ulcere adfebris, decocto cum croco metallorum remisto; vel & herbae nicotianæ tabaci pulvere iisperso, vomitus secutus

cutus est. Sub capitis dolore violento, hemicrania, vertigine; sub craniī læsionibus, carie, excrecentiis, sub gravi adeo ac lethali apoplexia, ac in medullæ spinalis adfæctibus quibūsdam, ut c y p h o s i s in specie, sub colicis doloribus, vel sub illis, quos calculus, aut felleus, aut renalis, urethericus, vesicalis, aut panaritium, aut luxatio, aut hernia, inducunt, stomachus contenta facillime regurgitat. A quovis contagio, quo cunque demum modo corpori ingesto, admoto, stomachus facillime movetur, nec potentius certe contagis plerisque, saltem, febrilibus, est emeticum.

Nec minoris dignitatis argumentum habetur de vomito ex auta corporis ac imprimis ventriculi, sensibilitate, debilitate oriundo, in febre intermittente emetica, in qua scilicet vomitus effrenis, periodicus, præcipuum febris constituit symptomata, ab opii fere citius, quam ab ipsius corticis peruviani virtute, cum ipsa febre fugandum,

Causæ. His vomitus præcipuis speciebus hic expositis, causarum hujus morbi mentionem jam satis injecimus; ac ea, quæ vomitum ex partium consensu, vel & symptomaticum inducunt, tum sub febrium, inflammationum, exanthematum descriptione jam adduximus; tum in aliorum expositione morborum suo loco referemus. Idiopathici causa vomitus in stimulo graviore, nimiam ventriculi, ad pylorum tunc clauū, contractionem excitante consistit. Vivorum nempe sectiones animalium docuerunt, a stimulo tali admoto, vel ab ipso duodeno motum ventriculi contractionem oriri; sequi pylori constrictiōnem, inde medii illam ventriculi: demum supremi: donec ad ipsam gulam bolus pogrediatur, & a ventriculo sese contractante, inque rugas plicato, sursum per os expellatur. Alias principium contractionis est in pyloro, vel medio etiam in stomacho: unde motus peristalticus versus œsophagum per omnem ventriculum retroagit, usquedum materia ventriculo contenuta per gulam erumpat. Quæ igitur moderato cum flui-

stimulo ventriculum sollicitant, ad inferiora hæc ejusdem contenta placide, propellunt; quæ fortius in stomachum agunt, eundem mox contrahunt leviterque convellunt; & nauseas proliunt; quæ vero fortius adhuc ventriculum extimulant; ea hunc ipsum convellunt, &, pyloro simul contracto, cibos per cardiam & œsophagum expellunt: sic ut igitur vomitus sit vera, clausi primum ad pylorum, — ad cardiam fatis adhuc cedentis, ventriculi superiora versus convulsiō. Hanc vero & ipsius diaphragmatis, & muscularum abdominalium contractio violenta coadjuvet oportet. Nam eti & iſis, aut quiescentibus, aut adeo distractis, aut subtracto penitus eorum imperio exemtoque ventriculo, vomitus tamen excitari non minus posse, eximiis a Viris sit dictum; recentiora tamen hac super re instituta experimenta videntur utique docere; stomachum, eti maximis a stimulis vexatum, non posse tamen, sine diaphragmatis, muscularumque abdominalium subsidio, sese fatis contrahere; nec sine stomachi actione posse solos hos musculos vomitum absolvere, ac potentiae istum' utriusque constantem esse esse&um. Non oportet tamen nuperrimam viri eximi objectionem hic reticeri: qua, vomitum sub ipsa exspiratione fieri, — diaphragma vero non sub ista, sed sub inspiratione contrahi, — & hinc vomitum sub maxima diaphragmatis relaxatione fieri monuit. Sed forsitan, priusquam stomachus contentas materias rejiciat, vim ille diaphragmatis, ad inferiora sibi per vices impellentis, jam satis expertus est, ut & propria, & muscularum abdominalium contracione, ultimam vomitionis scenam absolvere possit; vel agitatus adeo & convulsus hoc sub opere, cum œsophago ventriculus, sub exspiratione, altiora verlus sequitur dia phragma: inter cujus & muscularum abdominalium prælum excutiatur potentius. Fœminam Vindobonæ publice in clinico Instituto examinavimus, cui hernia ventriculi enata, hac ipsa vero, plu-

plures ante annos, incarcerata, ventriculus inflamatus, atque hoc in sacco, quo interea concreverat, suppuratus, & largo hiatu ad regionem epigastricam apertus fuit. Si quos hæc mulier cibos molliores assumisset: mox hi ventriculo, nisi ulcere calloſe obteſto, per istud effluebant; quin ipsa ſibi ægra, propriis cum digitis, cibos, quos nimios ingeffiſſet, fermentatam ut præſiccam, extrahere potuerat. Lac dulce coram nobis ac nostris auditoribus numerofis, haustum, illico, ſed jamjam coactum, ampio ex ulcere effudit. Huic igitur ulceri, primo digitum, mox etiam alterum, timide immisi; ſed cum nullum ægra exinde dolorem accusaret, animoſe ad magnam ventriculi superficiem internam, circumduxi, ac villosa ejusdem ſuper tunica huc illuc movi. Interroganti, num, hoc digitorum ex motu, vel naufeam, vel vomendi conatum perſentiret? negavit. Quæ ulterius, tantum circa morbum (cum quo per quinque adhuc annos, ex intestinorum tandem inflammatione péritura, vixit) experimenta, physiologis etiam notatu dignifimia, ſint capta, ea auditorum unus concinne exposuit. Sed & hoc nobis, — quod diſta, ſat fortis, contredictio vomitum nequaquam moverit, admirationem expreſſit.

Non ſemper totius tubi alimentarii motum inversum ſub vomitu requiri, eti alvus ſub illo plerumque ſit obſtruſta, cholera docet: ſub qua, dum superiora verſus convellitur ventriculus, intestinorum certe auditus eſt motus peristalticus; ſed eſt, ubi pars major intestinorum ad vomitum contribuat, ac imo adeo ex colo aut recto intestino, vel ob dictas jam rationes, cedente, aut rupta, illius valvula contenta, futuros in vomitus, regeuantur in ventriculum.

Quæcunque igitur aut ſtimulum iþi ventriculo majorem, quam par eſt, aut ſpecifice odiosum, inferre, illumque convellere queunt; aut quæ ſtoma-chum, ne ſatis dilatari aut in duodenum evacuari poſſit, impediunt: idiopathicæ ea pro cauſa vomitus

tus haberi omnino merentur. Huc igitur, ut potiora uno hic sistantur intuitu, spectant: quantitas ciborum, potuleutorum æquo major, seu nimia (nec tamen, ut quæ vomitum intercipit, summa) repletio aut crapula; qualitas ingestorum, vel parum a dentibus concisorum, contritorum, aut difficulter, aut nullatenus a stomacho, succis gastricis, cogendorum pyloroque expellendorum, aut corruptorum, acidorum, putridorum, aut idiosyncrasiam, ut vocant, contrariorum, aut suspectam ob indolem noxiotorum, venenorum, emeticorum, draisticorum, aut acris, biliosæ, corruptæ materiæ, vermium, ex hepate, intestinis, in ventriculum ascendentium; — sensibilitas ventriculi morbosa, vel ob phlogosin, vel ob ulcus, carcinoma, vel ob aphthas, vel suorum vasorum repletionem, infartum, extensionem, ob acre, hoc viscus vellicans, ob spasmos; — debilitas, imbecillitas, atonia ejusdem, sub qua cibi, vim vitalem hujus organi non satis experti, spondaneam rapiuntur in corruptionem, & antequam per pylorum descendant, ventriculum ad vomitum compellunt; coactatio ventriculi, pylori, intestini, a callo, scirro, steatomate, polypo, tumore cystico, calculis, volvulo, vermisbus, fœcibus induratis, aut re quavis alia, hæc vilcerā comprimente, angustante, infarciente.

P r o g n o s i s. Vomitus symptomatici, consensualis momenta jam alibi propoluimus, & quæ de eo dicenda superiunt, suo quævis loco a nobis tradentur. Idiopathici vero, chronicique imprimis, vomitus pericula, specierum & causarum, quæ has ipsas excitaverint, ex indole judicanda sunt. Alia vero in genere ex vomitu discrimina descendunt ab impetu, quem ille ipse vilceribus cavis cranii, thoracis, abdominis, contentis — partibus aliis, vasorumque imprimis systemati infert: unde varii effectus, apoplexia, amaurosis, bronchocelle, cynanche, raucedo, vitia pulmonum, œsophagi, herniae, prolapsus, abortus, fugillatio, vasorum nisia

mia extensio, aneurysma, varix, hæmorrhagiæ internæ, externæ, variaque in motu sanguinis impedimenta, nascuntur. Quam profusi viicidi fluidores, sub vomitu, ex cœte emanent, quam valida totius systematis concussio succedat, est notum: quæ singula, vomitus effectus interdum proficuos, sæpius vero pessimos, luculenter ostendunt.

Eo ipso vero, quod fluidorum corporis pars certe non exigua, & futuræ nutritionis principia, sub maxima totius agitatione convulso ejiciantur e ventriculo; nisi causa simul vomitus cum ipsis expulsa, aut angusta ex sede, calculorum exemplo, in ampliorem detrusa, aut laxato, quod prolapsum, intestinum strangulabat, vinculo, vomitus debilitat, ac in morbis quidem a nimio systematis vigore oriundis subinde fit proficuus; in illis vero, qui suam ex virium jaæura nanciscuntur originem, pericula vel maxime adauget. Quo citius vero, & quo sæpius mox a pastu hominem adoritur, — eo magis omni hunc nutritionis adminicculo defraudat. Sed quocunque demum ordine ac tempore incedat vomitus diutinus, copiosus; motum hic intestinorum peristalticum infrangit, alvum, obstruit, atrophiam, tabem, hydropem, singultum ominosum, convulsiones, syncopen mortemque inducit. Quo minus causam vomitus aut auferri, aut corrigi licebit; eo certius hæc singula sibi tandem succident: & hinc ille, qui ex vitio, ut vocant locali, ex calositate, scirrho ventriculi, aut partis vicinæ pendet vomitus, medelæ raro, si unquam, est particeps.

Ad materiae per vomitum expulsæ aspectum & indolem quod spectat, fallaces haud raro exinde tum causæ latentis luspicio, tum prognosis deducuntur. De vomitus cruenti periculis jam satis locuti, id solum hic iterum monemus: nigerrima rejici ab iis quoque, in quibus nullus in ventriculo, aut ad pylorum tumor est, ut minime necessarium sit, illiusmodi colores aut ab isto, aut a scirrho, aut ab ulcere harum partium derivari.

Fætidissimæ, fœculentæ materiæ in illo rejeclio, plerumque tristissima; ac si dolor abdominis sub ista cessaverit, ubique lethalis est.

Cura. Curandi vomitus præcepta, causarum suggerit cognitio. Sunt vero, quæ omni demum sub vomitu valebunt, generales cautelæ. Quicunque vomitus hominem jam pridem hernia laborantem corripiat, oportet loco, quo exitum intestina moliuntur, per lusitentaculum mature prospici: & cum toties ab hernia, prolapsu, nascantur vomitus: sub nullo certe ex ictis, et si alia subelle caula queat, hæc malis forsitan origo attentius exploranda non erit. Qui ex leviore occasione ventriculum per guttur exonerant, infantes teneri: hi, supino incunis sub decubitu, nisi adstet, qui vomentibus succurrat, corpusque anteriora, vel in latus convertat, interdum lusocantur a vomitu. Similia adultis, ab alio forsitan morbo diurno, vel magno, viribus jam fractis, ac semetiplös erigere, movere necis, si vomitus hoc corporis in situ contingat, instabunt pericula. Alvum quoconque sub vomitu cum clystere apertam servari, motumque intestini peristalticum revocari amissum, interest.

Divergas morbi ad species curandas quod spectat, alterius malis ut symptoma, vomitus sanationem, relecta prius, ex qua pendet, radice habebit.

Si talis vomendi causa est, quam convulsus ipse excutiat ventriculus: quo facilius salutiferum hoc opus præletetur, cum tepida promovendus, non vero lusitendus erit vomitus. Sic venenum, aut res suspectæ, ventriculo ingesta, excitata etiam per artem emesi, ut corpus peregrinum noxiunve, removenda, aut, si nimia jam foret agitatio ventriculi, cum opportunis, si nota sint ex chemicis, antidotis destruenda, corrigenda, aut saltem cum tepida diluenda, vel demum ope mucilaginis, aut olei, butyri liquefacti, vel nisi acida rei ingeñæ sit incoleas, lactis, involvenda sunt. Si quæ rei venosæ ipso sub vomitu fuga simul per pylorum, intestinorumque ablunc læsio, prævidentur; hæc ulti-

ultima quoque, injectis per anum demulcentibus, oleosis remedii, infesto a stimulo defendenda sunt.

Sic vomitus a crapula, nisi sponte talis, qui crambem infestam eliminet, succedat, iterum cum tepida vel & levi cum emetico, promovendus est; quo interim sub opere cavendum erit, ne pleno protinus, aut utrumque ad ostium spasmotice contracto, ventriculo, emeticum admoveatur inutile, aut stomacho, jam nimis extenso, infensum ingerratur, ac immobilis expelli tentetur materia. Diluenda igitur hæc prius, quam emetico excutienda, aut fauces modo cum pluma aut immillum per digitum irritandæ sunt: quo demum tanto fine impe-
tu, ad sui evacuationem occlusus invitetur ventri-
culus. In hunc descendere atque agere si possit eme-
ticum, pro urgentium violentia symptomatum, po-
tentius interdum, quod apoplexiæ, suffocationis imminentis a periculo hominem mox liberet, ac subjunctum huic, quod simul intestina exoneret, re-
medium indicabitur. Voracia nimis, quæ molem ingestam evomere non possunt, animalia domestica,
tam tristi rerum sub statu, audax interdum, de
qua futuro in volumine loquemur, conseruat ope-
ratio.

Atque hæc de nausea, vomititione, anxie-
tate, majore ciborum voratorum ex copia oriun-
dis valebunt! quodsi tamen hac se se liberare jam
solus potest ventriculus; non opus erit sane, inutile
ac vires nimis exhaustiæ huic calcar superad-
dere; & in ipso morbi cauæ effetu, & longa sat-
tis a novo alimento, donec fames hoc exigat, ab-
stinentia, securius jacet vomitus remedium. Quod-
li vero eodem gulæ in vitio continuet, nec cibis
subiectu difficultibus renunciet ægrotus; viribus ven-
triculi sensim consuuntis, labescent magis magisque
istius functio, corporis nutritio; ac totius tandem
systematis languor, illi ventriculi, indies adactio,
luccedet. Minore tunc scilicet ciborum potusque
fermentationi obnoxii a copia mox stomachi op-
pressio, ardor, & saulea redibunt; & contracta de-
mum

mum cum ipsis consuetudine, certas vomitus quotidie ad horas, non facili sane opera expugnandus, revertetur; ac ipsius tandem labes organica ventriculi sequetur.

His ut obviam eatur ærumnis, summa in ciborum, ægrotis subministrandorum, selectu, et copia moderanda sollicitudo ponenda est. Hinc vegetabilium, fructuum horreorum, in mole exigua haud satis nutrientium, acescentium, flatulento-rumque, nec non vini, cerevisiae debiliorum, vapidorum, lactis usu seposito, ad viatum animalem, saturata carnium ad jura, cum ovi etiam vitello remissa, ad carnes teneras, non tamen æquo juniores, immaturas, glutinosas, aut pingues, ex sanis animalibus, & aquæ dulcis ex piscibus delumtas, moderatum vini generosi ad usum, ad corporis exercitia, quæ vires non deterant, sed excitent, ad amica consortia, mentisque gravioribus studiis, a mœrore, distractionem, ac demum ad ea, quæ ventriculum, quæ omne systema erigant, corroborent, remedia, recurrendum est. Quæ acidis in stomacho corrugendis opponi solent, alcalina, absorbentia; ea quidem molesti ardoris sensum pro tempore imminuunt; vix tamen morbi causam attingunt; sed ipsi primarum viarum acido conjuncta, alvum, quod saepè non expedit, ægrumque magis debilitat, nimis movent; ac simul, nisi causticæ, aeriformis ac molestæ ventriculo, intestinis materiæ quamplurimum evolvunt. Meliora ex roborantibus remedia hic erunt, fel tauri, vel aliud, lignum quassiae, campechinum, cortex angulaturæ, peruvianus, trifolium fibrinum, ac similia, quæ tamen liquida sub forma primum, ut aquæ cinnamomi vinose, aut naphthæ, aut ætheri vitriolico juncta, donec aliqua ex ipsis in substantia, ut dicunt, perferti queant, melius conductent. Sensibilitate ventriculi morbosa jam quidquam imminuta, martialia, ut aqua spadana, tintura martis pomata, ferrique demum limatura, cinnamoni cum cortice, aut grato elæosaccharo nupta, indicantur.

Incpta est, ut diximus nascentis ad ventriculum aut calli, aut scirri, steatomatis diagnosis; & quo aliquam hæc ipsa certitudinem habebit, tempore: curationis plerumque jam longe a fugit occasio. Sub spe vero illius tam exigua, quam in relolventia sic dicta remedia, in graminis, taraxaci, saponariae, ononidis spinosæ, cicutæ viroræ, extracta, in gummi ammoniacum, laponem medicinalem, ac imprimis in mercurium, caute tamen, ne scirri in carcinoma transitus promoveat, adhibitum, cogimur repanere; major certe in viðum, minores in portiones, frequentius porrigendas, distributum, tenuorem, fere liquidum, ex ovo sorbili, carnium gallinæ, testudinum, canorum ex juculo, ceu illis, quibus minor ad pylori angustias erit remora, ac nutrientes demum in clysteres, vitæ, et si miteræ, protrahendæ, fiducia ponenda est.

Similis intestinorum, ex causis adductis angustias solvendas premit difficultas. Præter usum vero alimenti pauci, saepius porrigendi, ac tenuis, oleum ex amgydalæ recenter expressum; olivarum, lini, aut ricini, ad unciam, vel integrum, & ultra, quotidie assumptum, hanc prævenit interdum; clyster vero emolliens, oleofus, frequentius injectus, quod fæces in crassis intestinis collectæ augerent, obstatulum imminuant, & enemat nutrienti, quod chyli hucusque allidentis defectum aliquomodo suppleat, locum facit. Ea ipsa vero remedia, quæ vitiis ventriculi similibus opponi solent, tempore scilicet vomitionibus intermedio, exhibenda sunt.

Varia ad volvulum, ut vomitus ileique causam, dissipandum data fuerunt, — ambiguo diagnosis, fere semper incertæ, fulcro innixa, consilia. Nunc etenim vivi ac mobilissimi a pondere mercurii, ore scilicet ingestæ, ioperabant, suscepimus ab alio intestinum, sua e vagina posse protrudi; — nunc per tepidam, ope machinæ hydraulicæ, vel majoris syphonis, sua captivitate illud liberare studabunt;

bant; nunc vero ipsam abdominis, quo loco doloreret, tumeret, incisionem, qua nempe volum mox detegi, ac a digitis chirurgi explicari polle sperabant, proponere lunt ausi.

Ad mercurium quod spectat, si auxilio non esset, ab eo, — ut qui, vivus, vasa lactea subire, ob pondus volubilitatemque, recusaret, — nil damni metuebant; nec defunt peractae hoc a remedio sanationis, non tamen nobis ipsis oblata, exempla. Hæc quidem, conspicuis a Viris adducta, negare protinus veremur; sed num volvulum, qui forsitan haud adfuit, tollendo, — vel num alia, simul adhibita, magis, quam porrectus mercurius, morbum profligaverint; hoc saltem in suspento relinquimus. Vidiimus interim in Italia virginem adultam, cui, præsentis ob volvuli suspcionem, ante lex jam hebdomadas, unciae mercurii lexdecim per os ingestæ fuerant. Convaluit hæc sensim a morbo, quia ultra tres uncias hydrargyri per anum reddidisset. Sed eo a tempore, de sensu frigoris molesti in cœci intestini regione, &, quoties sinistrum sete in latus converteret, de pondere, ex dextro, in hoc ipsum delabente conquesta, rebellionem salivationem, — quam tamdiu contritus intestinali cum muco mercurius induxit, — subivit. Cum vero portio intestini nunc superior, ab ea, quæ sequitur, — nunc inferior, ab illa sulcepita, volvulum constituat: qua ratione mercurius, primo in casu, intestinum liberaret, nec potius deorsum magis protruderet, difficile est intelligere. His accedit, quod rarum sit, e volvulo, nisi prius inflammato, fuisse ileum inductum; quo certe in casu, a pondere mercurii non potest non augeri irritatio.

Potior forsitan certis in casibus tepidæ, vel oleo, saponi, salibusque remittæ, quantitate ac impetu majoribus, quam per simplicem clysterem possit, ano injectæ efficacia. Tanta enim est machinæ hujus hydraulicæ, — primum a celebri Hæmatostatices scriptore, dein amico nobis Mediola-

nensi a medico, — inox a scholæ Vindobonensis clinicæ antistite quondam clarissimo, per experientia in canibus, hominumque in cadaveribus suscepta, confirmatae, ac tandem Anglo a chirurgo saepius cum successu in hominibus adhibitæ, potentia: ut ipsa valvulae, quæ ad colon est, resistentia, huic, sine damno cessisse, & aqua per anum injæcta, ad ventriculum pertigisse conspecta fit.

Interim disrupti hoc experimento, in cane vivo, intestini, aquarumque ex isto, in cavum abdominis effusarum, — hominis adeo, non diu hanc post operationem vita defuncti exempla, ipseque dolor acutus, quem ægri hinc inde ab impetuosa hac intestinorum extensione accusant, — quam caute hic incedendum sit, satis ostendunt. Quodsi enim aquis copiosius impulsis, vel fortiore in valvula coli, vel exsiccatis in fœcibus, vel peregrino in corpore, vel in tumore scirrhoso, vel in spasmodica, aliaque contractione, angustia canalis, vel in volvulo, vel herniæ latentis ad locum, obstraculum sese opponat, quod majus est gradu extensio-
nis, quam intestina admittant; incautus, qui mensuram istius, viresque machinæ hydraulicæ ignorat, chirurgus, lethalem morbi, mitiore sub methodo forsitan sanandi, exitum promovebit. Quotiescumque hinc, aliis incallum adhibitis, — intestinorum nisi adsit inflamatio, hoc demum ad experimentum configuriendum esse, ex eo, quod melius sit an-
ceps, quam nullum experiri remedium, putatur; lento primum gradu, ac donec sensibilia huic extensioni intestina adsuescant, homine in cubitus genuaque procumbente, aquæ per anum pellendæ lunt. Quamprimum vero ægrotus dolentis in ab-
domine sensum extensionis accusat; injectio per aliquot minuta sistenda, venter cum oleo inungendus, leviterque per manum impositam, ut aquæ sese fa-
cilius per intestina diffundant, tractandus est: donec cessante aut moderato in abdomen dolore, eadem lib. cautela, ac usquedum alvi deponendæ nîlus accedit, repetatur injectio. Nisi fæces per anum fe-

sequantur: iteranda est aliquoties, vel post horam, vel post bihorum, operatio; qua, in homine adulto, lex fere aut odio aquarum libræ possunt impelli.

Incisionem abdominis, ob volvuli suspcionem, in ileo instituendam, sub tanta istius, causarumque aliarum incertitudine, vix opus est, ut, post magna, quæ jam Galliæ chirurgus egregius eidem, et si felici jam quondam cum successu tentatæ, opposuit argumenta, pluribus refellam.

Chronicam, aut acutam vomitionem ex compressione oriundam, solutio istius avertit. Hinc conversæ ad ventriculum cartilagini mucronatæ, — sterni, costarum fracturæ ad leges chirurgicas prospiciendum, ac viscerum tumori, ventriculo infesto, debita, quam alibi trademus, opponenda medela est.

Ad atoniā ventriculi, ut chronicī causam vomitus, quod spēdat, difficilis quidem ea curationis est; ipsa interim, quæ in dosibus refractis porriguntur, emetica, ventriculi hanc inertiam subinde corrigunt; ac in genere, irritantia; leviterque adstringentia, aromatico seu volatili principio conjuncta, indicantur hic remedia. Elixir hinc stomachicum, fel sani animalis inspissatum, extractum qui assiæ, gentianæ, absynthii, in aqua cinnamomi vinosa solutum, arnicæ radicis & nucis moschatae pulvis, parva dosi, sed frequentius porrectus, integri grana piperis sex, vel decem, jejuno ventriculo ingestæ, camphoræ granum unum vel alrum aliquoties in die sumtum, hic maxime conducunt. Regionis epigastricæ frictio, aut imposta huic aromatica, emplastrum vesicans, non minus commendanda sunt.

Morbosa ventriculi sensibilitas corrigitur per ea, quæ causas istius moderant vel auferunt. Sæpius est sola debilitas totius systematis, potissimum ventriculi, quæ stimulum a cibis radioribus, parum communitis, paulo copiosioribus, vel quadam acrimonia imbutis, spirituoso a potu, haud perferat, & stomachum submoveat. A paucis alco-

alcohole assumto, in viro sensibili, constantem singultum observavimus. Ipsum adeo opium, nisi parca in dosi porrectum in cholera, cardialgia, illico per vomitum expellitur, &c. Hoc igitur rerum sub statu, blandiora, alias hoc nomine vix digna, stimulantia præferenda sunt. Singula interdum, sub febre asthenica, ventriculus sensibiliſſimus, præter gelidam, aut ipsam præter glaciem saccharo conditam recusat; & quæ toties, ventriculum obducendo, illiniendo, profuisse creduntur, mucilagines: hæ, non tam dicta, mechanica, ratione, quam ex eo, quod mitissimum modo, ac tactui morboſo adæquatum admoverint stimulum, utiles fuerunt. Plurimæ, quas chlorosis, hysterismus tenent, virgines, sub morbo jam provecto, nec corticis peruviani decoctum, nec alia amara, nec martis tinturam, sine vomitu, retinebunt, elixir vero acidum Halleri, Myrsichti, cum gelida, & placido cum syrupo remistum, mox gratius amplectetur, ac majores abhinc ad stimulos præparabitur, ventriculus. Sæpius, sub gravi rerum positione, medicis haud paucis lusſe videbamur, cum magnis exigua morbis remedia opponeremus; sed felix hanc methodum eventus coronauit, & quos illi cum calcare morbos rudiore, sine quovis succetu compreſſerant illico, &, recalcentes, modo auxerant: hos, blandiendo primum, — docili vero jam stomacho, suaviter monendo, — ac demum, ubi jugo hic collum submitti adsuevisset, stimulo majori coercuimus.

Eſt, ubi morbosa ventriculi sensibilitas & vomitus, ex blandi, quo sub statu sanitatis ille foveatur, muci animalis defectu, per emetica, purgantia, venena acriora inducto, provocentur. Hoc in caſu, debilitas, ut vocant, in directa, majori a stimulus inducta, subesse, videri posset; sed major hic utique abraſi humoris benefici, superficiem ventriculi oblinientis, jacturæ est ratio; ac non tam stimulus præmisso stimulus haud multum inferior, quam illa, quæ nudam stomachi super-

perficiem, principio glutinoso imbuta, artificiali quali mollique epidermide obducant, custodiant, indicantur. Similis est vomitus ab aphthis a ventriculo deciduis, vel ab ulcere stomachi oriundi, sanandi methodus: & radicis salep, hordei, oryzæ, ex juscule animali, decoctum, emulsio arabica, cunctis fere palmam hic præripiunt remediis.

Aliter constituta res erit, dum arthritis fixa (morbus, qui toties inductam ex abuso spirituorum debilitatem pro causa agnoscit) loco pedum, vel partium externarum, ventriculum concutiat, vomitumque rebellem facileque lethalem, hic provocet. Ea etenim sub rerum positione, nec mucilaginosa, demulcentia, nec stimuli leviores, sed vinum generosum, æther sulphuricus, ac opium, frenando morbo sunt apta. Præfectus militum Ticinensis, arthritidi, quam vagam adpellant, subjectus, in cardialgiani incidit & in vomitum rebellem, — sub morbi principio, acsi febris tertiana lateret, periodicum, nec tamen a cortice peruviano, nec ipso ab opio, cum singula remedia, nec minus potulenta, quam alimenta, per quindecim jam dies illico rejecisset ventriculus, domandum. Huic, in consilium vocati, amplum mox vesicans emplastrum regioni epigastricæ adposuimus. Vix phlegosim ac urentem dolorem hoc ipsum in cute excitaverat; cum ille ventriculum demitteret, ac plenam huic functionum libertatem concederet. Si vomitus herpetem, vel ulceræ antiqua, alibi præpostere sanata, sequatur: lecretione morbosa consuetis in locis, per vesicans adplicitum restituta, ventriculi turba haud raro compescitur.

Si major forsitan valorum ventriculi ex infarto cruento, expansio, distractio, sensibilitatem hujus visceris morbosam provocaverit; habitu causarum talium respectu languinem, quod raro indicabitur, tunc mittimus; nunc fluxus sanguinis, a natura, consuetudine, præscriptos, revocamus; nunc obstrukiones viscerum, ut mali originem, ad-

gre-

gredimur; nunc stimulos leviores, permanentes, ut valorum atoniæ succurramus, caute admovemus.

Si per consentum, quem ventriculus cum intestinis, hepate, liene, vel cum parte diffusa amica, cum renibus, uretheribus, vesica, per calculos forsitan, aut per alia, adfectis, — cum encephalo, utero, alit, stomachus contenta convulsus eructet: tunc, habita primarii morbi diversa ratione, vel in prioribus jam exposita, vel alibi exponenda, curam suscipimus; nec raro, donec opem huic ferre, vel chirurgicum implorare auxilium queamus, nisi alia id vetuerint, ad opium recurrimus.

Vomitus imprægnato ab utero, nec alia forsitan, cui nempe gravidæ non minus, ac aliæ quæque fœminæ subjectæ sunt, a causa venientes, raro, ipsius nisi graviditatis sub medio, vel subsidente jam demum viscere prolifico, fistuntur; est tamen, ubi fœminæ robustæ venæsettio, — est ubi blandum evacuans hos sedent; est, ubi aquæ selteranæ, vel similes, aut interdum martiales, Iualu medici egregii, perbelle conducant.

Qua demum ratione febris, quam pernicio-sam emeticam dixerunt, peruviano cum cortice, & cum opio tractanda sit, jam dictum est.

ORDO IV. GENUS III.

C H O L E R A.

Definitio. Ac si morbi quivis alii hoc nomine indigni essent, hunc, de quo hic agimus, cholera, morbum dixerunt. Est vero haec, effrenis vomitus, cum effreni diarrhoea, nec per artem, nec demum a veneno inducta. Quodsi bilis hoc in morbo vomatur; non aptum nimis ideo nobis nomen, sed quod civitate antiquitus donatum sit, retinendum videtur.

Sub fine aestatis, ac autumno imminentे, quo dysenteriae hinc inde prodire sueverunt, tempore cholera caput exserit; non interim alio aestivo mense, si frigus nocturnum diurnos calores sequatur, ea prorsus excluditur. Sporadicè hic morbus sub cœlo temperato, ac nequidem frequenter occurrit, rarius, interdum, epidemice, calidioribus in locis frequentius, grallatur, & quasi endemicus agnoscitur.

Divisio. Displacet nobis auditorum divisio, qua cholaram in spontaneam, legitimam, ac in artificialem, seu spuriam, bipartiunt. Et si enim ab acribus, a drafticis, a venenis ingefatis, quo ultimam hanc referunt, & vomitus & simul diarrhoea effrenis oriantur; alterius tamen subsellii haec esse, vel ex eo jam comparet: quod prima, totius morbum systematis, — hypercatarrhsis vero, localem modo ventriculi intestino-rumque adfectionem constituat; & ex eo, quod, licet

licet aliter Vir magnus crediderit, non eadem curandi ratio, saltem in utriusque morbi principio, locum inveniat. Majoris in medicæ artis exercitio momenti divisio est cholerae in apyreticam, quæ sine febre incedit; — & in febrilem, quæ febris legitimæ, periodicæ, & quidem perniciose, plerumque tertianæ, symptoma est (febris intermittens cholérica), ac loca paludosa, calido sub cœlo, vel maxime infestat; cum prima, ubique frequentius hac ipsa occurrat. Nec placet cholerae in humidam & in sicciam, — qua in ultima, aeriformes vapores & ore & ano, sub magna anxietate, cum impetu & copiose explodi dicuntur, antiquissima licet, divisio. Hypochondriasis enim vel hysterismi symptoma hæc dicenda est, chronica plerumque, nec, ut cholera, acuta adfætio. Sthenicam cholera m̄ quam aliqui descripsérunt, nec vidimus, nec facile concipimus.

Decursus. Subito & cum impetu plerumque cholera hominem prehendit. In quibusdam eandem præcedunt: sensus lassitudinis, stomachi tensio, dolores, ructus acidi, nidorosi, nausea, salivæ frequens expuitio, abdominis iullatio cum sonitu, colici dolores pungentes. Mox uno impietu & tempore, vel saltem alternatim, & vomitus & fluxus alvi effrenes sequentur. Primum aquæ similia, dein, acsi necens earo lota esset, — non nunquam alba, & nigra, — in aliis, quod rarum est, lymphæ modo limpida, & ad frigus coitura, — in multis, primum ciborum reliquiae, postea, humores biliosi, plus minus muco permitti, mox flavi, mox æruginosi, mox fusti, nigri, plerumque acidissimi ac fere corrosivi una cum copiosis iterum ructibus & flatibus, nec non ipso nonnunquam cum languine, repetitis frequentissime vici bus, & sub tam luitanea virium postratione redundunt: ut assunti veneni haud raro subintret suspicio. Ventriculus interea, ipsaque intestina mirum contorqueri solent in modum. Vehementissima scilicet illum cardialgia, cum siti intensa, va-

ce clangosa & rauca, — hæc vero, maxime supra umbilicum, rosionis, mortificationis sensus invadit. Urina in vesica multorum retinetur, aut certe urit excreta. Ad anum, tenesmus urget. Singultus fortiori malo succedit; crurum, furarum brachiorumque musculi tenduntur, convelluntur; incurvantur digiti, livent ungues, algent extrema, frigido viscidoque sudore obtecta, cum internorum ardore, ac animi deliquiis. Arteriæ, jam antehac contractæ ac minimæ, pulsationes nunc offerunt frequentissimas, inordinatas; nunc vero a dígito vix amplius distinguendas. Vehementiore in cholera, ægroti, ob immensam adeo, ac celerem humorum ex ventriculo intestinisque simul jaéturam, ob crudelia & corporis & animi tormenta, post quinque, sexve jam horas, faciem vel maxime mutatam, collapsum, & sibi dissimilem ostendunt, atque, nisi promptum feratur auxilium, nunc adeo angustio unius nycthemeri spatio, — nunc secunda, tertia, quartave die, raro tardius: efflant animam.

Ubi febris periodicæ legitimæ typum assunit cholera: frigore vel prævio, vel nullo, extrema illico lassitudo, cardialgia, & atrox vomitus, & alvi excretiæ torminosa, frequentissima, cum aliis morbi jam descripti symptomatis, accedunt. Quodsi vero his ferendis vires sufficiant: die intermedia vel una, vel altera, præter magnam lassitudinem, vertiginem, somnolentiam, nil conqueritur æger; sed eadem fere hora, qua antehac, redit nunc alter cholerae paroxysmus: priore vix non ferocior, ac facile lethalis, vel saltem, nisi experta manus opem ferat, futurum, sequente sub accessione interitum prænuncians.

Differentia. Quantum hæc ab ea, quam spuriam dixerunt, & quæ ex alimentis, mole, qualitate peccantibus, oriri dicitur, cholera distant! Sanissimus enim, vel de morbo vix cogitans, illa homo devoravit, ac, erroris commissi non inscius, localis adfectionis sensum, primum in ventriculo, tardius ad intestina, experitur. Quod-

si vomitus illum sequantur: hi alvi fluxum sat diu præcedunt, nec utraque illico simul fucce-
dit excretio; quidquod sequente diarrhœa, vomi-
tus plerumqne frœnetur frequentia. Quæ vero
utramque per viam expulsa sunt, ea de crambis
pridie ingestorum incocta sat diu testantur, cum in
choleræ, ejedis forsitan cibis moderate assu-
mis, innocuis, ac fæcibus in crassis intestinis com-
muniter detentis, præter fluida accerina, copio-
sa, vix aliquid expellitur. Præterea quovis anni tem-
pore, æstivo non magis, ac alio ingluviei effectus
gulosos apud homines, — cholerae illi, certo
plerumque anni sub stadio, in sobrio æque, ac in-
temperante in homine, sicutuntur. Assumti sympto-
mata veneni, cum illis cholerae, magis inter-
dum conspirabunt; & major erit effectuum utrius-
que morbi distinguendorum difficultas. A pleris-
que tamen venenis hieme iterum non minus,
quam æstatis sub fine, efficacibus, vomitus effre-
nis, alvi ductionibus violentis longe prior est, haud
raro rei venenosæ particulæ, per vomitum simul
explosæ, oculo experto se produnt; & certe, quid-
quid contrarii a viro, cuius magna apud medicos
auctoritas est, concessum sit, capulæ, veneni in-
gesti, non eadem, sub morbi principio, quam
cholerae, curandi ratio admitti potest.

Non tam ardua cholera m a dyfenteria
distinguendi res est. Vomitus quidam & istius in
principio, sed minus constans, minusque violentus,
ac in illa, — sub fine rarer, occurrit. Frequenti-
or longe, saepiusque epidemica dyfenteria
est, ac seriore in autumnum extenditur. Copio-
siores in hac, et si tenesmus in cholera ubique
non desit, deponuntur, fluidissimæ materiæ. Fe-
brilis, nisi solum ad pulsum respicias, dyfenteriæ
ubique morbus est; in cholera, sub insigni
licet pulsuum, tantis sub nixibus, angustiis, fre-
quentia, febris tamen exulat, & vomitu alvique
fluxu ad artis præcepta sedatis, mox placida san-
guinis circulatio redditur, ac turbæ, quæ febrem
me-

mentiebantur, disparent. Promtissime, nisi recta sub methodo, cholera extinguit hominem, &, quasi utrem inversum, contentis privat liquidis, et si vero dysenteria quoque cito lethalis habentur exempla; tardior tamen plerumque ex ista est interitus.

Causæ. Magna certe primam cholerae causam caligo involvit. In bilis per aestivos calores acreidine adaucta, cholerae originem vix non omnes quæsiverunt, sed nequidem sub tanto morbi gastrici, bilioſi apparatu, hoc malum ex bile, — sed bilem ex morbo scaturire contendimus. Scilicet mœſtitia, quæ fallo genas humore innundat, ex lacrymis descenderet! . . . aut maritima navigatio, quæ stomachum tibi movet, ac bilis flavæ, herbaeæ, æruginosæ, copiam ex illo immensam pellit, bilioſæ foret indolis! . . . Quousque demum effectus morborum; pro causis venditare pergeamus? Oleum ab igne rancescere dixerunt, quo quidem cocto, fricto, tot populi, — quin rancorem contraxerit, quotidie cum delectatione vescentur; & bilem, sub statu sanitatis vix per horas eandem, ac virium vitalium imperio gaudentem, a gradu caloris longe minori, aduri, torrefieri credemus! Secretionis ope morbosæ, sicut alios humores animales, ita & bilem, tum copia, tum indole pecantem posse parari, lubenter concedimus; sed quod secretionis huic vitio ansam dedit, non humor secretus, — et si hic quoque suos edere effectus queat, pro morbi causa ponendum est. Sinceram cholerae brevioris imaginem offere solebat quondam pœna, in certis Germaniae provinciis, meretricibus vulgatissimis imponi solita. Hæc scilicet caveis oblongis, angustis, sanguineis, ex trabeculis constructis, recto corpore commissæ, litoris per manus, in foro, celeriter in orbem dudæ, post pauca minuta secunda, nauseoso sane exemplo, ut in ipsa cholera, insignem bilis copiam & ore & ano simul reddebant. Ut igitur talia contingent nec bilis acredine, nec copia morbosæ indigemus; sed sola dia-

phrag-

phragmatis, muscularum abdominis, & simul ventriculi convulsio, quocunque demum a stimulo provocetur, ut bilis varii coloris, saporis, comprepresso agitato simul ex hepate prematur, emulgeatur, — ut valorum stomachi, intestinorum secreto in immensum augeatur, mutetur, jam sufficit. Quam profulus in peste Britanica, in Elo de, sudore e cute prorumpit! an simile quid tub cholera, in abdominis visceribus contingit? Rarior rem lane caulam, quæ istam producat, ob morbi ipsius in frequentiam, dixerimus! sed quæcunque demum hæc fuerit, ex sola illius in solidâ, præpribus in nervos abdominis actione, excitari hæ turbæ poterunt. Quantus sit cutis cum ventriculo, intestinis, & istorum, cum cute, consenitus, jam diximus. Non mirabimur hinc, si, non adsuatum apud hominem, a pedum in frigida balneo quotidiano, — si a sudore pedum suppresto, — si ab incessu nudis pedibus super frigido pavimento suscepto, — si a natatione diuturna in aqua tenuis gelida, cholera secutam esse legimus; si pistor lanus alias et juvenis, viginti septem ante annos, nobis oblatus sit, qui poliquam ardentem ad furnum plurimum sudasset, ac, refrigerium quæsitus, in cellam descendisset, ibi vero aliquot per horas super humo frigido obdormisset, a crudeli cholera illico correptus fuerit. Sed neque mirabimur, si ex ira, terrore, effreni, cholera am fluxisse, per plura exempla confirmatur; si mulieris, sub quavis menstruorum suppressione a choleraprehensæ, redeunte vero fluxu uterino, liberatae, — alterius vero, cui a lochus suppressis cholera accessit historiæ extent, si vel sola febris perniciosa intermittens, saepius, ac ipsa enteritis aliquando, vel & peripneumonia, peritonitis, puerperalis imprimis, cholera sibi pro symptomate concomitant; si arthritis, abd minis in viscera furiens, lethalem viro summo, & de hujus ipsius morbi historia bene merito, cholera induxit: ut quæ singula satis docent, non unam quasi esse ac specifi-

sicam, in bilis copia, a credine scilicet, cholerae causam; sed quemvis stimulum fortiorem, sub data rerum positione, ventriculo intellinis illatum, huic, raro etli, morbo excitando esse parem.

Num igitur, lub cœlo imprimis urente, a virium, ut quibusdam est vitium, superabundantia hic morbus aliquando originem habuerit ignoramus: ac, sub tanta humorum jaætura, si modo per alias hæc horas succellerit, vix intelligimus.

Quodsi vero illius, quam spuriam vocarunt, &c, quæ longe frequentior est vera, cholerae causas hic tangere velimus, innumeræ hæc sunt: quæ scilicet ventriculo ac simul intellinis stimulum localem inferendo, hypercatbarin producent. Huc spettant emetica, diaœtica fortiori manu porrœda; venena, arleicum imprimis, mercurius corrosivus, fungi plures, ova barbæ piscis; fructus adeo horreæ majori copia ingens, cucumis, melo, mala persica, pruni, frigida maxime aut vino, cerevisia recentibus deluper epotis; cibi pingues, oleosi ac dulces; faburræ acidæ, putridæ ex in-glacie reliquæ, verminolæ, &c.

Prognosis. Funestus est plerumque cholerae, sibi ipsi reliquæ, exitus. Sub artis vero præsidio, sat cito concessio, plerique ex illa, quod tanta in alio morbo symptomata vix sperari permetterent, servantur. Senes atque infantes hic morbus citissime e medio rapit. Convulso, præcordiorum summa angustia, jaætatio major, lingultus continuus, extremitatum frigus marmoreum, ardor internus, facies in totum mutata, lypothimiae frequentes, vicinam mortem fere inonicant; et si non pauci & hoc rerum sub statu, a recta methodo levantur.

Cura. Maturius hoc in morbo, quam in quovis alio, ex bilis vicio per scholas derivato, evanuantis methodi discrimina pars major medicorum agnovit. Cum vero ipsa jam antiquitas primo sub insultu, odioræ bilis expellendæ gratia præter tepidam, qua stomachum alvumque elueret, offer-

re nil auferit; ætas posterior, huic, modo pulli, carnis bubulæ, vervecinæ jura, vel panis, hordei, oryzæ decocta, sub cholerae principio copiosus haurienda, haud magno sane artis conamine, progressu, substituit. Hanc nos quidem, timidam adhuc nimis, methodum ex perspecta minus veræ cholerae indole, & hujus, a morbis localibus, ex faburra, veneno oriundis distinctione descendisse opinamur; sed quo usque incerta esse potest morbi diagnosis, primos ægroti ad vomitus, non in totum rejicimus. Vix tamen artis periti, ac ne vix quidem, ut longævum istius exercitium nos docuit, ad cholera m sanandam tam promte vocantur, ut latentis forsitan faburræ: (frœnando vomitum alvumque, jam nimis effrenes) retinendæ timor æquus esse queat.

Sed si damno plena, vel saltem suspicta esse possit, prima, quam sibi plurimi hic ponunt, indicatio: qua scilicet peccantem noxiæ, ut putant, materiam corrigere, attemperare & ejicere satagunt; non minor est alia, in re tam gravi, medicorum discrepantia. Partim nempe, ut diximus, iub corlo servido, partim in Anglia, atque ipsa demum in Germania, fuerunt, qui cholera in inflammatoriam, seu sthenicam,— & per venælectiones cum successu tractatam fuisse, testati sint. Certe, experientia dum loquitur, — rationem vel silere, vel illi consonam esse oportet; sed non omnem, qui cum venælectione tractatus fuit, — ipsa, quæ sola adhibita non fuerit, morbum sanavit, venælectio; ac donec experiendi ars tam difficultis, plurimum, hanc vere edotti, virorum suffragio lufulta, contraria nos, ad hæc amplectenda tam promptos, quam cautos edoceat, venælectionem in cholera, nostris non paucis, & felicibus observationibus innixi, rejiciendam esse putamus.

Expulsa jam satis, ut credebant, morbi fomite, veteres cum frigidis, stomacho exterius admotis, & potu quoque gelido morbum aggressi sunt: qua certe in methodo, nili lunna jam virium sup.

suppressio contrariam expetierit, — quod felix saepe eventus eandem; tum in cholera, tum chronico, ex morbosa ventriculi sensibilitate oriundo, vomitu, coronaverit, — imitari merentur.

Vini quoque usus generosi, scilicet exigua portione porrecti, veteribus jam notus, ultro commendandus est.

Potiones, ut vocant, **antemeticae**, ex sale alcalino fixo, vegetabili, succo citri remixto, media lub effervescentia hauriendæ a quib[us]dam laudatae, etsi nobis sub vomitu hinc inde profuerint, cum tam acuta hic premant vitæ avolandaæ dilectionima, certiori medicamini, ne tempus forsitan incassum teratur, postponendæ sunt.

Est vero hoc omne, in opio, ratione, qua stomachus hoc ferat, porrecto, collocatum. Quodsi nempe unquam divinum hoc auxilium, sub ipso cholerae veræ principio porrectum, nocuerit: non quod peccantem in ea humorem, ut morbi causam, retinuerit, — sed quod primis stomachi convulsivi furoribus frœna quidquam laxanda sint, id fecisse videtur. Donec tamen medici consilium, tam raro promte nimis, imploretur; haec ipsa contrahendi, plerumque præceps jam satis, nec ulterius negligenda, est occasio. Ipsum vero opium, vel rebus gustui ingratis, vel irritato nimis ventriculo copia sua molesti remissum, — vel solum quidem, sed dosi majore ingestum, vomitum haud raro movebit. Hinc sola tinctura thebaica, ad guttulas quindecimi primum, post quartum vero quamvis horæ partem, donec vomitus omnis sedetur, decem ad guttas, vel saccharo instillata, vel cum aquæ melissæ, vel simplicis, paucissima quantitate, porrecta, omnem hic paginam absolvit. Necesse vero est, a vomitu cessante, non illico remedium hoc omne suspendi; sed intervallis nunc quidquam longioribus, ac minores ad doses, nisi sopor insequatur, per dies aliquot exhiberi.

Qui clysteres hic saepius, ut alvus, jam nimis mota, eluatur, injiciendos esse dicunt: illos vix unquam hunc morbum in sua ferocia vidisse, & extremas sub eo difficultates, corpus æ gri, tam anxi & exhausti, hoc ad opus vertendi, ignorare oportet. Interim, si opium, ore assutum, diarrœam effrenem non comprimeret; idem hoc remedium, enematis sub forma, paucō carnium juscule, ovi vitello, & amylo rem. flum, ano injici omnino posset.

Theriacam præterea, vel oleum nuciflæ, vel sacculos, herbis floribusque aromaticis repletos, & cum aceto, aut cum vino generoso, aut cum spiritu lavandulæ irroratos, regioni ventriculi, — vel si atrox ventrem dolor dilaniat, fomentationem, cataplasma levioris ponderis, huic ipsi ad moveri, juvabit.

Cum vero frigus extremitatum, summa arteriarum debilitas, pulsuum vacillatio, intermissio, oculorum caligo, lipothymiaæ frequentes, ne vires demum vitales extinguantur, nos admoneant; quod jam veteres cum oleo calido faciebant, brachia & crura cum vino, cui herbæ aromaticæ infusæ sint, calido; fricabimus fovebimusque assidue.

Ubi febris intermittentis pernicioſa typum observaverit cholera: opium tunc, quo cortex peruvianus, ratione qua diximus, a stomacho feratur, non minus erit uecelarium.

Calomelas & opii refractas doses, America a medico, in cholera, quæ infantes illinc plurimos corripiat, laudatas, nos quidem nunquam hucusque præscripſimus.

Cœterum, devicto jam morbo, viribus colapsis ita succurrendum est: ne cum stimulo fortiore, aut ingrato, tam facilem adhuc diu in vomitus, stomachum moveamus. Amara hic magis opportuna sunt. Radicem columbo, sub ipsa cholera, occidentali in India com.

communissima, felices effectus habere, tradiderunt.
Hæc igitur radix convalescentibus, quibus al-
vus adhuc est mollior frequens, in decocto, aut
vino hitpanico, tocayensi, infusa, præscribi po-
test. Tinctura martis demum, sed tardius, cum
aqua cinnamomi, vietus parcus, sed frequens fa-
cile subigendus, ac nutriens, aer campestris, ami-
ca confortia, corporis moderata exercitia, rem
omnem absolvant.



ORDO IV. GENUS IV.

D I A R R H O E A.

Tubum intestina humana prælongum, ut experientia recentior docuit, vivente animali breviorum plicisque internæ membranæ evidentioribus instrudum, — in frigido vero ac emortuo, longiore, — membranoso-muscularem, hic tenuem, illinc ampliorem, crassiorem, propriam per valvulam divisum, constituunt. Hic vero canalis tortuoso itinere incedens, communis membrana suspensus, tum ramis arteriosis, venosis, tum vasis lymphaticis, glandulis cryptisque mucosis ditissimus, chymo ex ventriculo suscipiendo motu proprio ac lento cum suis humoribus, cum bile, cum succo pancreatico miscendo, in animalem magis materiam convertendo, donec magnum hoc opus peractum sit, concessas inter plicas ac in spatiis amplioribus retinendo, & fæcum tandem sub indole per anum, suo sphynctere munitum, propellendo, dicatus est.

Amplissima, & cutis illa vix minor, superficies canali huic data est: ex qua, sub statu sanitatis, vaporis blandi, ac humoris mucoli continuo, quantum nempe ad eandem defendendam, humectandam, lubricandam, sufficiat, secernitur. Quodsi vero major liquidi serosi, lymphatici, mucosi, puriformis, hac ipsa ex superficie distillet, ac promptius, frequentius, copiosius, cum contentis, per anum præcipitet: morbosum prosluvium exoritur.

De.

D e f i n i t i o. Hoc autem profluvium, seu aucta, mutata intestinorum, interdum & visceris contigui in illa, secretio, ac frequens, fluidior, copiosior, secretæ materiæ, vel folius, vel aliis contentis commissæ, per alvum dejectio, diarrhœa vocatur.

D i v i s i o. Varia hujus profluvii est indoles. Primariam, idiopathicam dixerunt, ubi causa hujus mali vel ipsis intestinis inhæret; secundariam, symptomatricam, ubi vel alio ex morbo, vel a stimulo longinquo, per consensum, hoc nascitur profluvium. Cum vero nunc citiorem nunc lentiores, nunc vero periodicum decursum diarrhoea absolvat: vel acutam, etiam febrilem, vel chronicam, habitualem, — ac, si ægrotantis in salutem contingere, criticam, si morbi chronicus, vel tabis sub fine lethali rebellis contingere, colliquativam, — si per artem sequeretur, artificiale, nominarunt. Nunc vero late inter populos divagatur, epidemicam, — nunc unum modo alterumque, ex causis diversis prehendit, sporadica diarrhoea. Respecu materialis per alvum excretæ, diarrhoeam stercoreosam, verminosam, biliosam, serosam, subcruentam, mucosam, chylosam (fluxum cœliacum), — modo semidigestorum (L. enteriam), — faniolam (fluxum hepaticum) vocarunt &c. Singulas haec species & alias, divisio diarrhoea in illam, quæ locali affectione contingit, & in illam, quæ totius systematis influxu exoritur, vel sthenicam, vel althenicam, comprehendit. Unica interdum intestini pars magis affecta, alvi fluxum inducit; sed saepius certe, dum uni modo illius loco inhaesisse morbi causa, post mortem, videtur: vel systema universum, vel tradus intestinalis omnis,prehensa fuerunt.

S y m p t o m a t a diarrhoeæ generalia sunt: languor, oppressio ventriculi, appetitus deletus, inflatio, tensio abdominis, obstrucio alvi, borbo-

rygmi, plerumque, — pulsuum intermissio interdum; præcedunt. Sequitur mox dolor ventris, per se invadens, nunc hanc istius partem; nunc illam quasi discindens, perterebrans; naufragium, vomendi conatum, breves inducens, ab alvo, primum fœcali, excreta, remittens; mox iterum, eadem, fluidiore, instante, redditurus. Sæpe satis ~~vix~~ dolor diarrhoeam comitatur; sed præviis modo turbis abdominis, flatibus hinc inde divagantibus, somnis, alvus denuo excernitur liquidior, coquita. Sub hoc vero profluvio, abdominis molestia ac tensio minuantur quidem in multis: in aliis vero redeunt, & quo major copia humorum anno excerpitur: eo magis augentur, meteorismus subnalcitur. Urinæ interea parcus secedunt; cutis plerumque sicca est. Rarius tenesmus ad apum hic premit; post frequentes tamen alvi excretiones, ardor in recto intestino percipitur incommodus. Continuante per dies, aut ultra, hoc fluxu, — vel eodem, licet breviter, sed magna humorum sub jactura abloluta, facies mirum collabitur, paleficit, mutatur; torositas, pinguedo corporis, vel si quis præcesserit, tumor aquosus, subcutaneus, disparsus; cutis exsucra flaccescit; ulcera, fonticuli exsiccantur, crura vacillant, pedes tumere incipiunt, febricula accedit, capilli decidunt, lipothymiae sequuntur; & vel tabes, vel hydrops, vel — novo atque dira, ardente, fixa, abdominis in cavo suborto dolore, prævio singultu vomitutique, intestinorum inflammatio, gangræna, succedunt.

Post ingluviem & crapulas (ut de illis diarrhoeis, quas vitia localia producunt, primum loquamur) frequentior diarrhoeæ, quam stercorealem, crapulosam dixerunt, occasio est. Hac igitur in specie, non ignota morbi causa, oppressio, inflatio, tensio ventriculi, abdominis, anorexia, nausea, ructus nidorosi, vomitutio, interdum ingestæ, nec tamen subadæ, vomitus matutinæ, borborygmi, circa umbilici regionem dolores

divagantes, intercurrentes, lacinantes, flatus, sulphur accennum oientes; ac tandem, ani ardore, fæces copiosæ, pultaceæ, liquidæ, corruptæ, fætidissimæ, sublevantes, unam alteramve per dieni, — debiles, litteratos, aut senes apud hominem per longum nimis tempus, sub insigni virium languore, nec sine omni illorum discrimine, sequuntur.

Verminalis diarrhœam, prævia vermium symptomata, pituitæ, quasi vitreæ, copiosa per alvum excretio, tum istius, tum animæ fætor specificus, fæces griseæ, magis vero corruptorum exuviae vermium, aut vermes ipsi, tum vivi, tum mortui, per intestina secedentes, interdum sanguis purus, vix multus, cum istis vel sine istis excretus, distinguunt. Pueris hæc frequentior quam adultis, diarrhœa est, interim & istos hæc epidemicō subinde imperio, divexat. De recti intestini, quam ascari des pollicares ac alia excitare consuecant, medorrhœa, alibi locuti jam sumus.

Biliofæ diarrhœæ symptomata, fallacitatis sunt plena. Nec etenim semper, cum, sub oris amarore, anorexia, nauseaque, viridia per alvum præcipitant, bilis abundantia, vel acor, diarrhœam induxit. In languente infantum, latè vescentium, ventriculo, acida nonnunquam prædominat bilemque viridi colore tingit, materia. Dentitionis sub opere, quin hepatis secretio vitiata videatur, viridiissima est alvus; ipsa animi pathemata, colorem bilis excretæ non parum immutant. Est tamen, ubi bilis in fellea vehicle, ob calculum aliasque rationes, detenta diu, ablato demum oblitaculo, intestina inundet, suaque tum copia, tum vero acredine, diarrhœam colicosque dolores inducat. Est, ubi hepar ab ira effreni specifica vel a stimulo quoconque excitatum, bilem majore in copia, vel a lava diversam, secernat. Cum interim ardente sub Sirio, diarrhœas, ex bile, per calorem atmosphæræ magis rancescente plerumque derivaverint pathologi: non satis in leges vitales, quæ humores sibi subiectos, a spontanea corrupcio-

tione tamdiu conservant, — nec satis in ea, quæ, ut alibi monuimus, lub ciborum cum oleo frictione, tot gentibus communis, nec certe rancidum olente, contingunt, — nec demum in methodi medendi, his diarrhoeis, ut vocant, biliosis, magis opportunitæ rationes, fatis attenti fuerunt.

Diarrhoeam a draſticis, venenis exortam, dolor ventriculi intestinorumque atrox & has partes quasi perterebrans, cum situ insigni, comittatur. Sequuntur læpe ipsius cholerae symptomata alvusque varia, & tandem saniosa, vel cruenta, tenesmoidea frequentissime movet. Obscura interim hujus mali, nili causa ejusdem satis pateat, vel & chymico eruatur examine, diagnosis elie consuevit.

Vel sola materiæ per alvum secedentis indoles, qua fæces modo paucæ, solutæ, sed laticis aquosæ ac tenuis, vix tincti, quo plurimum, quin spliynx ani tam facile coercere hoc possit, cum impetu, non sine acoris, caloris ad anum sensu, præcipitat, de serosa diarrhoea testatur. Plurimi autumno, ubi corpus & æstate, & subinde meridianis caloribus agitatum, subito frigore corripitur, in levitatem, seu quasi sudores intestinorum, aut inversam fere transpirationem, qua humor multus, aquæ similis exit, etiam pluribus diebus, incident. Tormina plerumque, sat acuta, flatuumque exclusionem urgentium fallax sensatio, præcedunt; sequitur & citior, & magis abundans per alvum excretio: quo tempore & cutis augetur siccitas, & urinæ parcus fluunt, & sitis increscit, & vultus, vel & corpus universum, forsitan anasarca laborans, citius collabitur. *Coryzae* persimilis hic morbus, ac ejusdem hinc inde originis, seu verus intestinorum catarrhus est: quo, pro magna istorum superficie, ac pro tunicae villosæ extensione amplissima, tensionis primum ingratæ in abdomine sensatio, alvus quidquam tardior, vel etiam obstruenda; mox vero, — copiosioris atque acrioris hic secreti humoris effectu, qua ratione draſtica id ipsum remedia efficiunt, tormina,

na, alviq[ue] urentis frequens ac liquida depositio sequuntur. Serosa videbatur, non erat, diarrhoea, quam in praesbytero Ticinensi observavimus, atque alibi descripsimus, urinalis magis dicenda: quod lotio, per ulcus vesicæ redivive intestini, in hoc ipsum fluenti originem debuerit. A paucis interdum granis calomelas, aliquot per dies, forsitan ob luem contradam; ingestis largior, quam blanda vis evacuans remedii potuisset, humoris scilicet ferosi, acrioris, ac salivæ quasi pancreaticæ, fluxus procreatur.

Vel sequatur serosam, vel talis ordinatur, diarrhoea mucosa, pituitosa: folliculorum, qui copia prorius insigni intestina, potissimum crassa, viscose plandoque humore ubique defendant, interdum localis, hæc morbus est; saepe totius systematis e vitio propullulat. Verisimile est; intestinorum gravedinem, primum eosdem in ipsis, quos coryza ipsis in naribus — vel quos in obscuris, in edorrhœa urethralis, vaginalis, vel contagiosa, vel insons tum ani illa agnoscit, effetus producere. Etsi vero prima morbi illius rudimenta minus certa sint, quam illa nasalis catarrhi; plenitudinis tam & hic sensus integræ percipitur; morbosam intestina sensibilitatem prodere, venter turgere, tendi, flatibus vexari, dolere, tardiusve excernere, tenuorem primum & acrem calidumve humorem cum nisi expellere, tandem vero pituitam in mortosam, nunc pellucidam, fere vitream, gelatinæ instar tremulam, indoram interdum frigidissimam nunc turbidam magis, subalbida.n, aut griseam, puriformem, — nunc flavescentem aut viridescente colore instrutam, nunc striis sanguineis notatam, — nunc parum olientem, nunc foetidissimam, vel minore, vel majore copia, aut frequentius, aut raro, cum summo interdum dolore, cum symptomatum levamine, haud raro inconstante, — nunc acuti, cum locali folliculorum inflammatione stipati, morbi ingressu, — nunc affectionis chronicæ, interrupto saepe, & cum alvi ob-

obstructione non raro alternante, sub ordine, cum virium vitalium & nutritionis decremente, longe quam alibi majore, effundere observatur. Tanta aliquando pituita intestinum, a morte, repletum comparuit, adeoque intestini tumuerunt folliculi: ut digitii tantum crassitiae foramen in illo, ad fæces transmittendas supereret. Fuit adeo, cui crassa pituita ventrem omnino, lethali cum eventu, suppresserit. Debilium, compagis laxæ, scrophulosæ, catarrhis frequentius obnoxiae, diarrhoea mucosa morbus est quidem; sed epidemicus non-nunquam influxu tum corpus universum ægrotat, febricitat; tum intestina præcipue affecta, fere omnem humorum massam hic in teracem, amicam vermis, pituitam convertere videntur.

Diarrhoea cruenta fœtus vix utero exclusos interdum corripit, discrimine nunc plena, — nunc, et si tanta quantitate crux per alvum excernatur, ut linteamina plane sint sanguine imbuta, minori tamen cum periculo incedens. Ex loco vasis haemorrhoidalibus superiore hic sanguis, nunc fluidus, nunc vero congrumatus, per intestina descendit: vel solus, vel fæcibus, repetitis subinde vicibus, ac plures per hebdomadas alvo, quin dolorum prodat infans, excernendus. Marcor interim ac debilitas hunc morbum commitantur; nec vulgi timor, hunc fluxum lethalem pronunciantis semper vanus est.

Diarrhoeæ ethenicae, quamvis sat rara, exempla tamen hinc iude, quod de peripneumonia, jam notum est, occurruunt vel ex fluxu menstruorum, haemorrhoidum, lochiorum, per causas irritantes compresso, vel ex congestione sanguinis in vasis gastricis plerumque repetenda. Excitante, diarrhoeam hanc cohibente, sub methodo, febris, nisi quæ jam adfuerit illi superadditur; vel præsens augetur; tormina, ventris moles, duities increscent, ac ipsa demum enteritis, cum gangrenæ periculo, subnascitur.

Aliquam cum diarrhoea mucosa, quæ chronica est, affinitatem referre videtur quidem illa, quam ventriculosam passionem, fluxum cœliacum, veteres, — recentiores vero diarrhoeam lacteam, chylosam, salutarunt. Magna interim, circa morbi hujus indolem, inter omnes contradiccio est. Hic etenim, cum liquidum alimento incotti profluvium, & dimidiatum quasi lienteriam, hanc vocavit; alter, chymosam, chylosam alvi dejectionem nominavit; tertius, in eo, ventrem nihil reddere, ac ne spiritum quidem transmittere, in ipsius vero ventriculi porta consillere prætendit. Fuit, qui lat sequentem, & infantibus familiarem esse morbum, asseruerit; dum alius, rarissimam hanc, & a paucis conspectam, ægritudinem adpellaret; ac tam parcas morbi hujus descriptiones succinctas esse moneret; ut vix ratio ex illis, cur non pro veterata diarrhoeæ specie habeatur, eluceret: abundantes hic alvi dejectiones occurtere plures afferunt; ab alio, paucas inodo ad drachmas expulsam ano materiam ascendere refertur. Nee potuit sane, si ex solo fæcum aspectu externoque habitu, eandem judicari prætenderint, morbus idem non aliis aliasque videri. Nunc etenim, vel uno eodemque in ægro, alba, chyloque, vel cremor lactis similis, — nunc puluis cinerei coloris, inodora materia, nunc cocti ac dissoluti fere hepatis, — nunc argilacea quasi ac subgelatinosa, — nunc diversi coloris, sanguine adeo hinc inde striata, substantia, — quin igitur in morbo ipso magni quid mutantum esse dici queat, — per alvum dejicitur,

Nos vero, in eo, cœliaci fluxus, a cœteris diarrhoeæ chronicæ speciebus, differentiam collocamus: quod, etsi ingestorum male subactorum aquæ reliquæ simul hic alvum sæpe deserant; non tamen illæ, ut in illis alvi profluviis, sed fæx puriformis, lutulenta, ab intefinis morbo secreta, profluvii hujus alvini materiam constituant. Reude sane illis, qui chymum, aut chy-

chylum hoc in morbo intestinis aufugere dixerunt, oppositum fuit: quod, et si diu aut parum, aut nihil ciborum allumfissent ægroti; non minor tamen albescens illius materiae per anum his contingat jactura; ac eadem, sine dubio, si alterius coloris, consistentiae, materiae, longe quam ferrent ingesta, copiosius ac subliquida ex alvo dejiciantur, objectio valebit. Hinc tabi pulmonum pituitosæ, medorrhœæ tum ani, tum uteri insonti, vel magis forsitan diabeti persimilem esse fluxum cœliacum, ac tabem puriformem, luttulentam tubi intestinalis constituere putamus. Quem nempe fraxinus excelsior, dum cortex illius ex incisione, vel sponte plorat, succum mellitum, mannae sub nomine venientem, — ut renes in diabete saccharinam materiam, discernit: hanc intestina, in fluxu cœliaco, variæ variique aspectus materiam, chemiæ sane adhuc dum examine egentem, morbosæ lecre ione præparare, nec a stomacho recipere, sed ex malla humorum extrahere, perficere videntur.

Nosse vero, monente veteris jam artis magistro, oportet: quod aliquando, quidem per circuitus malum hoc affligat temporibus quibusdam alvo restitante; quibusdam vero ordinate per horas fluente; aliquando vero incellanter appareat, Comes Mediolanensis quem ex hoc morbo, jam per annos durante, tractavimus, pallidi & cakedici coloris senex, saepe per octo, & quindecim per dies, sat bene valere, cibos appetere, videbatur; cum illico, borborygmis præcedentibus copiosis, ventre turgente ac tenso, nec sine aliqua instantis deliqui sensatione, quam plurima ex ventre egereret, pultacea, fluidiora, cinerei vel & albidioris coloris excrementa spumantia, fœtidissima. Tabes vero ac lenta febricula hunc morbum, tarde lethalem, comitatæ sunt. Felicior sors viri fuit rustici, Ticinensi in clinico Instituto a nobis pertractati; ac alterius, sexagenarii, Vindobonensis, quos, endem mo.

modo, jam duobus abhinc annis, affectos, integræ sanitati restituimus.

Etsi lienteriam, seu levitatem intestinorum, a fluxu cœliaco non aliter quam in eo differre a quibusdam defensum sit: quod iste, actionem tubi intestinalis imminutam, illa raro, abolitam præsentaret; ex illis tamen, quæ de fluxus cœliaci origine statuimus, apparet: quod cum iste, secretionis morbosæ magis effectus sit; lienteria potius motus tum ventriculi, tum intestinorum peristaltici vitiose aucti phænomena exhibeat. Hoc scilicet chronicò in morbo, cibi potusque, quales assunti fuerunt, tales fere, quin eorum consistentia & color, aut odor, aut externa quævis constitutio, vel multum, vel aliquid mutata sint, circa sanguinis aut bilis complexum, cum nutritiōnis jactura, seu tabe, diu expelluntur intestinis; ac ingesta, ut clari Viri verbis utamur, non quia incocta permanent, cito dejiciuntur; sed quia cito dejiciuntur, idcirco nullam habent coctionem. Sat saepe lienteriam præcedit, raro comitatur, fames canina. Sunt, quos, hoc morbo adfectos, anorexia, gravitas ventriculi, nausea, ardor in hypochondriis, & ingens cibi fastidium, subinde ptyalismus, interdum ventris dolor, divexent. Popularem saepe esse lienteriam, quod magni quondam nomiū Pathologus asseruit, nos quidem haud vidimus: vix enim, quæ post dysenteriam his illis, secundario effectu, contingunt similia, tam generali quidem epitheto sunt digna. Nec porro brevem illum quorundam, ex devoratis, nec per dentes contractis, lubacis leguminibus, pisis, lenticulis, oleribus, particularum crudarum, & inconfectarum, apud sanos etiam, magis vero apud infantes, ac vitæ desidis apud homines; secessum, ut poterit nec liquidum, nec foetore consueto privatum, nec viribus infestum, lienteriam vocavimus. Lienteriam vehementem tertianæ febris in modum periodicam, insene nobili, otagenario, Ticineni observavimus, ac peruvianum per corticem cum opio sanavimus.

Aliena quoque ex culpa, intestina profluvium, — quin hic de illo, quod tetigimus, loquamur, — succi morboſi, partim non ſui, patiuntur. Quasi modo hepa rhunc funderet, quoties excremenia ferociocruenta, & aquæ, in qua carnes nuper mactatae, demeritæ, ablutaſt fuiffent, ſimilia, vel materia ſaniula, ichorola, cruenta, carneia, bili interdum remixta, tradiū temporis vero crassa & atra, per alvum ſcedebant: toties & fluxum hepaticum, vel hepatirrhœam, hepatit atoniām, adēſe, credidit, ac tali modo correptos, hepaticos vocavit, antiquitas. Atqui tamen non magis ex hepate, per dudum choledochum, vel illius ex ulcere, cum intelliſis duodeno, aut colo, prævie concreto, ac in unum ex iſis patente, — quam ex ſplene, pancreate, mesenterio, inflammatiſis, ſuppuratiſis, tum pus, cum ſanguine remiſtum, tum ichor, aut ſanies cruenta, effluere, intestina ſtimulare, alvumque frequentiorem liquidam, dicta jam materia notatam, excitare valebit, quo in calu, hoc malum fluxus ſplenici, pancreatici, mesenterici, — vel quocunque ex loco filaverit, illius nomen merebitur.

Expectabitur ſane, ut tam diuersa puris, ichor, ſanies, intestina alluentis, origo, diſtincta quoque inter te agnolcat, alibi partim pertractata ſymptomata, nec tamen haec tam certa ubique eſſe, quin errori fit locus, dixerimus. Altiore loco, & ex matre rachitica, plica quendam polonica laborante, progenita virgo, cephalæa pridem insigni, diurna, epiftaxi, eryſipelate poſthinc faciei, — ab his vero, hepatis dolore dirillimo, cum febre correpta fuit. Intumuit hoc viſcus & lien prægrandem in modum; febris lenta exorta eſt, hydrops abdominalis, œdema pedum, fudor nocturneus, pertinax diarrhoea, cum fame quaſi canna, capillorum defluvium, vigiliæ continuæ, ſummaque elegantis pridem corporis macies, ſecuta ſunt. Hoc in ſtatu, quinto fere ægritudinis anno, perlongo ex Russia, Vindobonam inſtituto itinere, cadaveria

ris sub habitu, nostrum hic exploravit confilium. Etsi conclamato adeo ægrotantis sub statu, unde hoc capiendum esset, haec eremus; recusare illud in totum nolentes, viribus primum vitalibus, cum victu debito aliisque subsidii, quantum licebat, prospe-ximus. Columbo radicis, paucique opii ulu diarrhoeam, a sic dictis resolventibus continuo hucusque auctam, ante omnia moderavimus; hepatis lienisque regionibus præduriis, uuguentum ex hydrargirio caute inunximus; urinarum dein fluxum, digitalis ope purpureæ, adauximus; febrem lentam, cum elixirio vitrioli & corticis infuso fri-gido impugnavimus. Post duos fere menses, tumor viscerum & abdominis, medium sui ad partem, contederat; febris quamplurimum, ut fames mor-bola, sudor nocturnus imminuta erat; pedum cœ-de-ma disparuerat, redditque optatus diu somnus. Ab hoc quidem, roseus genis color restitu, corpus uni-versum nutriti, ac vires adeo, ut montem urbi vicinam alacris ascendere potuerit, increscere cœ-perunt. Sed dolor ad hepar sat magnus, & diarrhoea hinc inde redibant, & quod alvo exhibat, illud puri, aut lattis tremori, sub nova virium, jactura ac febris sub redditu, erat simillimum. Hepa-tus interim tumor, hoc ipso sub alvi profluvio, magis subsidere cernebatur. Aquarum in abdomine moles, fluctuatio, multum quidem imminui, sed nuquam disparere sunt visæ; urinæ, mox turpidæ raræ, mox claræ, citrinæ nec adeo paucæ fuerunt. De abscessu in hepate latente, mox clauso, mox aperto, jam diu subintraverat suspicio. Redux in patriam, meliore certe salutis sub statu, virgo, sensibilem in modum florere, pinguiscere, amicas frequentare incepérat; cum hiberno sub gelu, dolores ad hepar, iterum ingentes, pungentes, mox vero pulsantes redire, jecur magis magisque intumescere, nec attactum perferre, — aquæ in abdomine, sub urinis parcissimis, jumentosis, au-geri, febris lenta ægram depascere, vomitus hinc inde biliosus accedere, sudoribus nocturnis corpus re-

resolvi, de novo consiperentur. Alvis nunc sae-
pius, tum indolis purulentæ materiam, tum fæces
biliosas, viridissimas, saepe atras & liquidas depo-
nere, semper vero hepatis dolorem, tensionem ac
molem imminuere cœpit. Nunc erysipelatis in fa-
cie gravioris duplex eruptio, & tuſſis alpera ac-
cessi; nec tamen febris ab illa imminuta, sed auc-
ta fuit; & pedes & abdomen insigni mole tume-
bant. Iterus, si album oculorum excipias subfla-
vo colore tintum, alibi corporis certe nullus. Su-
cepta nunc, ægræ diu optata, paracenthesis (ab-
dominis, sanguinis & fluidi & coagulati per mul-
tum, cum lympha, ex aeris attactu mox in gela-
tinam convertenda, sub extrema virium jactura,
dedit. Post mensem, febre, macie perpetuo ad-
dictis, aquis iterum ubique collectis, vomitu, aut
potius eructatione frequente, æruginosa, tandem
vero cruenta, copiosa succedente, atrocibus in
ventre doloribus præmissis, tandem suffocatis, dia-
rlœa vero cessante, tam longis vitæ miseriis a mor-
te impositus est finis. Abdomine aperto, cum aquas
permultas, ex tanto ejusdem tumore effluxuras
putaremus: sat paucæ lentius fecutæ sunt. Hæ sci-
licet aquæ in tela cellulari laxissima, ad intimam
peritonæi superficiem, non sine prævia inflamma-
tione, generata, stagnabant, nec nisi eadem hinc
inde incisa, hydropem telæ cellularis morbosæ sub-
peritonealis fistentes, profluebant. Hic contextus
cellulosus, intestina, undique grangranosa, laxe
revinciebat. Lien mole parum dictus substan-
tiæ tamen hepatis, propria firmiorem, offerebat.
Hepar, justo majus, convexa sui parte a pleuro-
membrana densa, albescente, obtectum; superficie
vero concava aureo prorsus colore ubique
splendebat. Idem vero color aureus totius paren-
chymatis hepatici, dissecti, quod substantiam at-
tactu mollem, spongiæ compressæ similem, &
quali maceratam, sed tamen elasticam, referebat,
repertus fuit. Vesicula fellea collapsa, bilis pa-
rum, & quidem atræ, continebat. Nullibi vero

abscessus comparuit. Cavum pectoris utrumque, sanis pulmonibus instructum, aquis copiosis repletum fuit.

Sanies quidem, hoc in exemplo notabilis, manifesta per alvum excreta non fuit; sed chronicæ hepatitidis, de qua & pseudomembrana jejunoris convexi testabatur, — & suppurationis hoc in visceri absoluæ, nec ulla defuerunt symptoma-ta. Quæ per alvum continuo fluxerunt, ea puris certe imaginem offerebant; nec tamen verus, ut dictum est, abscessus hepaticus se obtulit. An intacta tela cellulari hepatis, omnis istius visceris substantia, huic intermedia, tam parum intellecta, abscessus specie singulari, exhausta, — ductus vero hepatici, qui bilem omnem in telam cellularem evomerent, erosio fuerunt? Sæpius certe hepar omne subflavo colore tintum reperiimus; sed aureum illum colorem, quem cystica modo bilis largiri posse videretur, parenchymatis scilicet hepatici, ac hoc ipsum in substantiam, quam descripsimus, spongiosam, nec tamen collapsam, conversum, in millenis cadaveribus nec unquam videre nobis contigit; nec ab aliis adnotatum percepimus.

Sed non semper hoc in fluxu hepatico, aut alio ulcerosam viscerum substantiam in cauta esse, patet tum ex eo, quod in ægris scorbuto correptis ille hinc inde occurrat; tum ex illo, quod ipsa febris intermitteus pernicioса sub fluxus hepatici imagine, per corticem peruvianum delenda subinde comparuerit. Nec febris fluxum omnem hepaticum, nisi jamjam provectum, nec cibi hauriendo desiderium ubique comitatur.

Causæ. Quæ sano in homine fibras ventriculi, intestinorum, ut inferiora verlus per vices se contrahant, impellunt; — quæ sanguinem ad vala gastrica vel allicit, vel cogunt, — quæ organa fecernentia, quo ex cruento his advecto, humorem sibi proprium præparent, ac vaporis, muci, bilis sub forma, effundant, disponunt; — quæ collectos hic loci succos, quin fere crudos sese

in sanguinis torrentem præcipitent, — ac fœcales materias, quin æquo promptius, aut lentius descendant, impediunt: ea excretionis alvinæ, ætati, lexui, temperamento cuivis præscriptæ, rationes in se continent.

Quæ vero ventriculi, intestinorum sensibilitatem, irritabilitatem intendunt; aut, quod a phthæ deciduæ faciunt, internam superficiem decorticant; aut æquo magis has partes vel ipsas, vel consenlu majore sibi affines, e longinquo extimulant: ea non modo actiones illarum, secretiones omnis generis, sollicitant, adaugent; sed has ultimas quoque pervertunt, ac primæ causæ stimulanti, ut novum stimulum superaddunt. Scilicet ut oculi a cepis a fumo, — sic intestina a fructibus horraeis, a fungis, cucumeribus, melonibus, a cibis fermentantibus, contrariis, pinguis, semicorruptis ingestis, aut a potu copioso nimis dilutis, ab acri, a vermibus, laburris, a bile, succo pancreatico aut copia aut indole peccantibus, ab iplis adstringentibus, vel quovis a stimulo, maxime specifico (nisi suum), utpote qui secretiones magis suspendit ac supprimit) forsitan & a contagio, a congestione sanguinis, vellicata lacrymantur, ac prolluvii alvini materias, nunc fero, nunc glutine mucolo, puriformi, nunc vero acido, bilo, vel etiam laniolo principio ditiores, & illis, quæ proprio in cavo stagnarunt, remittas, effundunt.

An præter has causas, secretio fœcalis materiæ, quin ciborum reliquiæ hanc dederint, ex sanguine in tubum intestinalem contingit?... Physiologi hoc videant. Scilicet quod in foetu, novem per meatus jejunio, colligitur, meconium, — quæ in morbis diuturnis, quin (liquidis exceptis) ulla alimenta multo a tempore cepissent, ab ægris, jam saepe nimis exhaustis, interdum copiose alvo redduntur, sulpicionem nobis movent; & cum lotium renes nunc clarum, nunc turbidum præparant, — cum ipsa vala cutanea sudorem impunum

rum ad pellem exhalant; cur intestina humorem
lubulentum, fæces specificas depositurum, non se-
tercent, & vel solum, vel ciborum lubidorum
reliquis intermisum non emovent?

Sæpe fluxus alvinus, serosus nempe, aut mu-
cosus, ut diximus, inversa modo, ex refrigerio
externorum, ex terrore, transpiratio, sudor, vel
& catarrhus, rheuma intestinorum est. Vel iniqua,
ex cute resorpta, exanthematum, variolarum,
morbilorum imprimis, impetiginum variarum,
ulcetum, vel ex viscerum vicinorum latente ab-
icessu intestinis advecta materia, simile, vel etiam
puriforme, purulentum, saniolum ex illis provo-
cat profluviun. Vel ipsum, ex ulcere velicæ in
rectum intestinalum patente, effluens lotium, dia-
rrhœam excitavit urinalem. Nunc sola fibrarum in-
testinalium laxitas, diarrhœæ, ut causa, lubja-
ceat? — ideo, quod, nisi morbos simul sensibili-
tas eidem praesideat, vix uberior abhinc lecretio
expeditanda sit, dubitamus; ac in ipsa velicæ &
ani paralyssi, urinæ quidem fæcumque fugam, —
haud vero secretionis augmentum, aut indolem se-
creti humoris mutatam observamus. Etsi vero glan-
dularum melenterii infarctus post chronicas dia-
rrhœas in cadaveribus hinc inde fuerit repertus;
vix tamen ille solus, quod chyli vias præcludat,
cum tam sæpe major ac summa illarum obstruc-
diarrhœam pro effectu non agnoscat, istius culpam,
— nisi rodens ichor ex illis suppuratis intestina
vicina penetraverit, — habebit.

Certe vero universi magis systematis, quam
propria, locali affectione, intestina rapiuntur in
quaevunque demum profluvia; & cum talis affec-
tio per morbos asthenicos diversæ indolis, toties
a diarrhœa viribus vitalibus iniqua jam abunde
confirmetur: majus adhuc eidem argumentum ex
febris intermittentis diarrhœæ, cholericæ,
ac similis naturæ ex fluxu hepatico, accedit. Ipso
dentitionis sub opere, sub peripneumonia, in peri-
tonitiide puerarum, ac in ipsa metitiide, læpis-

sime, nunc utilis, nunc perniciosa, nec sine habito principalem ad morbum respectu sananda, diarrhoea excitatur: frequens diarrhoeæ, imprimis chronicæ, causa in prægressa dysenteria quærenda est: nou quod veterum opinio, acsi intestinorum cicatrices, ex illa pedissequæ, hoc profluvium producerent, fundata sit; sed quod summa tubi alimentarii ex fluxu dysenterico debilitas, sensibilitas in morbosas secretiones tam prona, & longiori ciborum retentioni tam contraria, diu supersit.

Quid cruentam recens natorum diarrhoeam producat, non satis id patet; nec quæ dubia hæc solverit, infantilis hoc morbo enepti sectio cadaveris nobis hucusque innotuit. Vasis intestinalis varicem connatam huic phænomeno subesse, modo suspicamur.

Quid de lienteriæ, de fluxus cœliaci hepatici causis sentiendum sit, sub ipsa horum profluviorum descriptione partim jam innuimus. Minus adæquate veteres sola intestina, & istorum præcipue levitatem justo majorem, lienteriæ ut causam, accusarunt. Ipse nempe ventriculus, — et si tanta pylori relaxatione, hoc in morbo quondam, sed & sine isto, reperta, haud opus sit, non minus hic quam intestina, afficitur; ac præmaturo in hæc ciborum, neandum subactorum descensui favet: ita ut vis expellens, irritabilitati istius morbosæ, ac stimuli, etiam mitioris, impatientiæ innixa, universo hoc in tubo superabundet. Fluxui cœliaco, prout jam indicavimus, secretionem morbosam, specificam, ab illa, quæ diabetem inducit, non longe diversam, nec tamen ideo hac ipsa magis intellectam, sublatere opinamur. Fluxus hepatici, aut similis, rationes, in jecinoris, aut alterius in visceris abscessu in ipsa intestina patente, derivavimus quidem; ast vero fariosum, subcruentum humorem, sine ulcere interdum posse secerni, intermittens & periodica hujus fluxus natura jam satis manifestat.

Prognosis. Diarrhoea pro magna sui parte symptomatica est: hinc prognosis ejusdem, ex morbis, quibus jungitur, non minus, quam ex ea ipsa, quæ hos facile aut exasperat, aut, ex adverso, imminuit, petenda, & aliis hujus operis e locis eruenda erit. In genere, si, quæ evacuari oportet, evacuentur, bonum est, & quæ cum constante satis levamine fluunt, salutaria sunt. Etsi vero tum color, tum foetor eorum, quæ alvo redundunt, ut saepe jam monuimus, non satis certum de morbi causa judicium ferri finant; nullum tamen alvi prosluvium est, iu quo excretorum inspeccio, — non tam sola, quam alii diagnosis atque prognosis subsidiis juncta, ad has conferre non possit, ac debeat. Quæ præter conscientiam adulantis fluit alvus: ea vel de præsente delirio, vel de extrema virium jaatura testatur. Si, fluente licet alvo, meteorismus accedit, aut prævius augeatur, malum est; pejus vero, ubi singultus aut vomitus simul ægrum divexant. Quæ morbis diuturnis, atrophiae, tabi, hydropi, scorbuto, &c. supervenit, rebellis diarrhoea, lethalis est. Benignos certe diarrhoea effectus agnoscit, quoties ingluvies & crapaula primas vias, cibis quibus haec subigendis sunt ineptæ, opplevit; aut quoties vermes copiosi, alia corrupta materia, vel ex vilcere vicino, vel ex toto systemate, has alluit, ac tumida hypochondria ex hinc subsidere, functionumque in illo libertas redire cernuntur. Hinc morbi chronicæ diversi ac difficiles, exemplo arthritidis, epilepsiae, melancholiae, maniae, paralysis, hydropis, surditatis, febrium periodicarum rebellium, obstrunctionum antiquarum, suborta diarrhoea fugantur interdum; saepius ex eadem præceps augmentum allumunt. Diarrhoeæ scilicet protractæ, aut nimis abundantes, nutritionis opus omne præscindunt, sua corpus substantia exhauriunt, secretiones alias circumdant, suspendunt, tabem, leucophlegmatiam, œdema pedum, ac lethalem tandem hydropem inducunt. Flatus sub diarrhoea rebelli diu reten-

tenti, nunc per alvum exeuntes, sonori, vires intestinis vitales redire testantur. Diurnum alvi profluviū, superacedente vomitu spontaneo, subinde conquiescit; sæpius, adjunctis simul torminibus ac febre, alvo nunc clausa, gangrenam instantem prænunciat.

Facile ex istis, quæ lienteriæ sit prognosīs, elucet. Aestate consistente, vel sub autumno, prægressæ dysenteriæ ratione, illa magis occurrit. Senibus plerumque lethalis, pueris, junioribus, minus pernicioſa est. Quæ febris indolem periodicæ legitimæ assumit: ea, cito satis hac recognita, medelam admittit. Quo vero diu noctuque magis affidua est, quo diutius, sub siti paucisque urinis, sub ciborum appetitu prorsus abolito, ac oris cavo ab aphthis obſesso, perseverat, & quo graviores morbos consequitur: eo magis exitialis erit. Respiratio difficultis dolorque lateris, vicinam ægro hoc fluxu laboranti tabem prædicunt. Lientericos tandem tumescere, haud rarum est. Ascitidem, ventris tormina ac vermium egestio, quod ultimum tam tarde hic fieri nos ipſi non vidimus, interdum præcedunt.

Quodſi fluxus cœliacus nihil præter dimidiā, ut multi voluerunt, lienteriam foret: sequeretur exinde, dimidia quoque illi, iſtius esse pericula; sed aliam primo ex diab̄is profluvio, ac diabeti non absimilem, esse indolem, non sine magnis argumentis suspiciati sumus & sic majora eidem, quam ipſi lienteriæ, discrimina jamjam attribuimus. Interdum quidem fluxus cœliacus ægros trahit, sed alios subinde præcipitat. Sæpius hic morbus absque cauſa manifesta defiſſe videtur; sed leviori ex vitio jam denuo revertitur, ac tandem, maxime in senibus, in tabem, anasarca, ipſamque in mortem ruit.

Fluxus hepatici discrimina non minus ex ipſa hujus morbi descriptione jam satis patent. Affinitatis quidem iſte, cum Melæna interdum non parum habere videtur; sed causarum & symptomatum

tum ratio, quam, præter fluxum cruentum, uterque morbus agnoscit, ac diluti magis, & quasi sanguinosi, in fluxu hepatico, profluvii cruenti conditio, — etsi & in hoc, morbi sub fine, sanguis multus præcipitare ex ano possit, diagnosis prognosinque conducent. Vidimus & nos divisem i s effatum: „quod secundum jecur, aut lienem suppurati, si pus album exiverit, serventur”, confirmari: scilicet ubi febris demum & ipse ille fluxus brevi tempore conquiererint. Amurcam quasi olei excerni, lethale est; nec melior sors illorum, qui ichorosa, livida, aut nigra, rebelli ac pertinaci fluxu deponunt, continuo febricitant, ac tæbe indies adaudita, cruribus ventreque intumescunt, dicenda erit.

Cura. Qui ad causas hujus morbi respexerit: is nec quodvis alvi profluvium illico sistendum, — nec cujusvis diarrhoeæ sanandæ rationem hoc loco quærandam esse intelliget.

Quotiescumque scilicet vellicans intestinum materia, faburra, vermes, venenum, drasticæ remedia, humor alibi morbose secretus, vel retentus, ac totius cum beneficio hue alluens per ipsam, quam movent, diarrhoeam excuti jam possunt: toties non adeo sistendi, quam potius foven-di, vel, si pigrius materiae moveantur, etiam promovendi alvi fluxus indicatio subintrat. In ea igitur diarrhoea, quam crapula, faburrarum collectio, vermes corrupti, bilis copia vel indoie peccans, producunt: præter infusum tenue florum chaenomillæ, aut herbæ Theæ, nihil, — aut illud adeo radicis rhei, quod causam diarrhoeæ certius eliminet, præscribimus. Excitatus cum radice Ippecacuanhæ vomitus, si constans nausea, vomituritio, ruftus nidorosi, superiora versus turgere materias docuerint: istarum ad intestina descensum, ac tædiosam nimis exinde diarrhoeam, citius præscindet.

In bilis abundantioris, acrioris ad intestina confluxu, serum lactis, decoctum tamarindorum, fructus horrei maturi; parvæ tremoris tartari doses, agent.

agent. Si talia profundius intestina irritare videantur: clyster ex aqua, vel sola, vel oximelli juncta, ex sero lactis, conduceat.

Quam draistica, venena induxerunt, diarrhoeam, in primo casu, oleosa, emulso arabica, lac tepidum, tam ore, quam ano, sat copiose ingesta, — in secundo vero celerrima veneni rejectio, vel, cognita ejusdem indole, antidota ex Toxicologia repetenda, non æquali semper hic fortuna, frœnabunt.

Cum suppressa cutis universæ, vel pedum consueta transpiratio, intestinorum illam adauxerit, ac serosam diarrhoeam excitaverit: quæ illam restituant, præter leđi tempore, vel pediluvium, infulum sambuci, pulvis Doweri conducunt. Emulso arabica, opii cum grano juncta, vel æqua theriacæ portio in sambuci infuso hauſta, nimium hunc & intestina torquentem fluxum compelcent.

Dentitionis ex opere succedens diarrhoea, nisi nimia, illius plerumque sublevat symptomata. Sub fortiore, quam par est, alvi fluxu, gingivarum, ut alibi docebimus habenda ratio, atque ad syrum diacodii, aut ad leves opii portiones, emulsioni arabicæ commistas, recurrentum est. Diarrhoeam ex usu mexcurii oriundam, istius missio, potus demulcens, semicupium tepidum, fomentatio similis abdominalis, vel & hepatis sulphuris solutio frœnabunt.

Ad mucosam diarrhoeam quod pertinet, ea, si catarrhi intestinorum effectus est, non alio certe modo, quam serosum, similis originis, alvi profluvi pertractanda venit. Sæpius tamen diarrhoea mucosa, febris epidemicæ, lentæ imprimis nervosæ, pituitosæ, ut vocant, non semper contagii insontis, symptoma sicut, ad leges contra hanc ipsam præscriptas pertractandum. Radicis arnicæ hoc in casu virtutem modo hic tangimus, iterumque monemus: non in mechanica quasi solutiōne, evacuationeque tenacis pituitæ, sed in refto cauſæ, quæ secretionem istius morbosam indu-

inducit, moderamine, morbi curam esse ponendam.

Eodem modo, si vermes intestinorum folliculos mucosos, quo pituitam copiosius vomant, excitaverint: non haec ipsa adeo, quam illi, curæ objectum, alibi a nobis exponendum constituant.

Quid in diarrhoea recens natorum cruenta indicetur auxilii: id, nisi ex generali haemorrhagiarum tractandarum theoria detuinamus, ob causæ hujus mali obscuritatem majore scilicet in hoc experientia destituti, edicere vix audemus. Radicis rhei, vel corticis cascarillæ insulsum aquosum, — lub majore sanguinis jadura, cum grano uno vel altero aluminis in eodem soluti, & cum syrupo cinnamomi, saltem proponimus.

Diarrhoea lithenica causas, a quibus pendet, vel sola tandem tollit ipsa; hinc minime vel cum opio, vel cum adstringente remedio sistenda est. Si vero lentius, cum torminibus acutis, vel cum febre incedat: praeter victum tenuem potumque frigidiusculum, hirudines, prout vel haemorrhoidum, vel menstruorum, vel lochiorum fluxus per causas excitantes suppresus, & sanguinis in vasorum gastrorum systemate congestio facta sint, vel ano, vel perineo apponendæ; aut, ubi symptomata inflammatoria urgent, ut in ipsa enteritide, venæ secundæ sunt.

Diarrhoeæ chronicæ rite pertractandæ ratio præcipue hic spectat, et si fateri oporteat, ob causas hujus profluvii saepe vel nimis absconditas, vel cum exiguo succello oppugnandas, incertitudinis ac difficultatis quamplurimum nos premere. Nullibi nempe major est in morbis gravioribus remediorum, quam in quibus insignis illorum copia venditari solet, penuria. Divitias extollit vel rerum exercitio destituta juventus, vel auri magis, quam scientiæ ac sinceritatis amica, plebs medica; senectus, fronte cicatricibus non minus ac lauri foliis cincta, ne imperfæ oblit incremento scientiæ,

veri-

veritatem, in qua sola gloriari fas est, cur reticat, non habet.

Quæ profluvia alvina lentius decurrent atque hominem consumunt, ea, pro maxima parte vel ex sola ventriculi, intestinorum atonia & morbosa sensibilitate, vel ex universi systematis adynamia simul his juncta, oriunda, excitantem sibi methodum omnino, sed cautam, ne, quæ primo contactu intestinalem in tubum agunt, remedia, hunc nimis exstimate, requirunt. Ipecacuanhæ igitur radicis pulvis ad granum unum alterumve, omni bihorio, cum elæosaccharo macis, adulto ægro, porrectus, quod non minus intestina excitare, quam motum eorum peristalticum paulo invertere valeat, apprime conductet. Ipse adeo vomitus hoc per remedium, si vires admitterent, excitatus, aliquando fuit utilis; ac rebellis diarrhoea, a suscep-
to itinere maritimo, quo stomachus non paucis subvertitur, hinc inde sanatur. Si media sub diarrhoea fordes intestinis novæ collectæ fuerint: pulvis radicis rhei, cuius interim non a sola evacuatione virtus circumscribitur, sub curæ principio, vel solus, pauca dosi, vel amaris commixtus, illis, quæ alvum contineant, præmitti potest. A lenioribus dein hujus indolis remediis, ad magis efficacia astendendum est. Radicis columbo pulvis, ad scrupulum, ter quaterve in die porrecta, opiatos nobis effectus sat saepe præstissime conspecta est. Radix arnicæ, singulo bihorio aut trihorio, a drachma dimidia ad integrum in pulvere porrecta, in diarrhoea sub typho symptomatica laudes non vanas sibi promeruit. Semen etiam plantaginis veteribus non in lolitum, usu medico non prorsus excludendum est. Præterea cortex simarubæ, cascarillæ, nucis juglandis, glandes quercinæ, lignum campechinum, detoati sub forma porrecta, huc pertinent. Aluminis ruppei granum unum vel alterum, cum gummi mimosæ aliquoties in die porrectum, gummi Kino, aliis proficiunt. Tormentillæ radicem, fabam, ut vocant, pichurim, ab aliis laudatam,
nos

nos in usum non vocavimus. Raro cortex peruvianus hoc in profluvio nobis profuit. Sitamen id ipsum intermittentis indolem febris assumat sacram omnino ille anchoram constituet. Opium vero vel dictis remedii junctum, vel sola emulgione arabica suscepit, virtutem illorum adauget, vel & sola theriaca sufficit. Pulvis Doweri, ad granum unum vel alterum, quovis bihorio, porrectus, pertinacem hinc inde sedat alvum. Diarrhoeam sub typho singulis rebellem, cum clystere ex vino injecto sanavimus. Enemata quoque alia, vel amylo ac opio nupta, hinc inde profluvium sistunt.

Quodsi rheuma, podagra, herpes, vel alia impetigo, externa corporis parte derelicta, intestinis vim fecerit: vesicans emplastrum loco pridem affecto impositum, semicupia tepida, convenient. Non vano consilio antiquitas, cum acria intestinis incumbentia pro causa morbi agnovisset, lactis recentier mulsi potum commendavit; aqua calcis vero huic superaddita virtutem remedii, recentiorum in manibus auxit. Cauteria adeo veteres ac recentioris quoque Aegypti medici, pertinacis diarrhoeæ sub cura, si adhaerens intellectus acrimonia in suspicionem venisset, ventri apposuerunt, diuque locum, vel exustum, vel per pharmaca exulceratum suppurari jusserunt.

Quodsi glandularum in mesenterio infartus & obstratio profluvium alvi chronicum non modo comitari, sed — quod rarius continget, producere videretur: remedia, quæ illis, ut alibi docebimus, solvendis convenient, forent praescribenda. Veremur interim, ne vias, quæ chylo ipsi clausæ sint, medicamenta facilius legant; ac certe solventia sic dicta remedia, nisi erigentium, morbi causæ oppositorum, ex classe petantur, alvum jam nimis laxam, cum damno ægri laxiorem reddent.

Convalescentibus, tintura corticis peruviani, chalybeata, aquæ martiales cum latæ afinino, equitatio, erunt proficia. In genere vero, quod alibi jam fecimus, monendum hic est: ad strin-

gentia sic dicta remedia majore pondera porrecta, haud raro alvum non tam filtrere, quam potius augere. Quæcunque vero adhiberi hic morbi voluerint, nisi ventrem simul pedesque a frigore fo- veamus, sat raro illa proficiunt. Nec minus vel optima remedia non ob aliam rationem toties incassum adhibentur: quam quod ægri, in morbo tam tædioso, ac tam facile reddituro, regiminis strictionis impatientes vix quidquam sublevati, monitis medicorum recalcitrent, ac vel in viðu, vel in potu, vel aliis in rebus iterum iterumque delinquant. Hinc summa in seletu ciborum ac sobrietatis in legibus observandis cura diu, & morbo adeo jam, ut videtur, devicto, ponenda est. Fructus horrei, olera, potusque in fermentationem proni, pingues stomachoque graves, cane pejus & angue fugiantur; panis vero biscoitus, carnes teneræ, allatae potissimum, ovæ recentia, parca manu, sed sæpius offerantur oportet. Potus copiosus, cibos per intestina citius præcipitat: hinc paucus hic esto, vel ex aqua, melius destillata; cui tosta panis crusta & corticis cinamomi integri portio commissa fuerit, vel, quibus id rerum inopia non vetat, ex vino generoso, non acido, utpote vel cyprino, vel malacense, vel capense sic dicto, vel madera sicco, ut vocant, vel Tintilio dirotta, &c.

Non alia, quam quæ a nobis ad diarrhoeam adynamicam medendi methodus laudatur ad lienteriam & ad fluxum cœliacum commendari meretur. De omni quoque diarrhoea chronica, habituali, valet consilium summi scriptoris de medicina latini: „cum in omni fluore ventris, tum in lienteria præcipue necessarium est, ut hæc ipsa mora in consuetudinem ferendi oneris intestina deducat.” Quodsi fluxus cœliacus, cum diabete analogiam agnosceret, quam de hac non minus, quam de variis secretionibus mucoso-puriformibus, lente atque cum tabe incidentibus suspicati jam sumus (ut cui objecto per certiora experimenta ultius investigando præmium ab imperiali Academia

Vilnensi nuper publice constitutum fuit) tunc viðui animali, ut recentiores in diabete curando experientiae, & alios, & nos ipsos docuerunt, — licet eundem supra sua serimus, prorsus foret renunciandum. Senis, lienteria omnibus rebelli laborantis exemplum in fastis medicis exstat: cui electuarium ex conservæ rosarum rubrarum antiquæ, sex uncii, ex theriacæ optimæ sex drachmis, cum myra cydoniorum confectum, & ad unciam dimidiam, nihil superbibendo, exhibitum, sanitatem restituit.

Etsi vero sola ratio, in profluvio alvi provedo, ac sub virium ad eodem inducta majore jaðura, usui evacuantium fortiorum prorsus contraniti videatur; ea tamen qua in experientiam, ut rerum magistram ferimur, reverentia, ne casum, Taurini, octodecim abhinc annis a nobis observatum reticeamus, nos cogit. Vir scilicet quadragenarius, ab annis jam æ quo diarrhœa laboraverat, omnibus medicorum illius metropolis celebriorum tentaminibus rebelli. Ab egregio tunc temporis Instituti clinici Taurinensis Professore, qui curam ægri jam diu gesserat, mox a nostro in hanc urbem adventu, in consilium vocati, prognosi, ob tabem summam febrémque lentam, & alia pejoris notæ signa, vix non certe exitiali instituta, aliqua adhuc, a nobis quondam in aliis proficua visa proposuimus; sed & illa spem paucam omnino fefellerunt auxilia, cum accedens posthinc agyrta, sanitatem, ut solent, certam promiserit: & hunc in finem drasticum, nec tamen cognitum aliis, pulvarem exhibuerit. Ad orci fauces hic, alvum enormi effectu movendo, ægrum perduxit; — sed quoque, morbo prorsus abinde devicto, remedium audax eripuit. An vitrum ceratum antimonii, in dysenteria quondam a multis laudatum, nec tamen semper in suis effectibus tam vehemens, huic subfuit? — An draconica remedia, cereolorum, quos urethræ in chronica medorrhœa, aique hanc in acutam, breviore temporis ipatio cellaturam,

con-

convertimus, ad instar, intestinorum, in tunicam villosam agunt, & morbosam secretionem aut invertunt, aut fistunt? — Sed quis unicum, et si felix, illico pro norma exemplum prudens arripiet? Aut quis, sub tanta virium imbecillitate gradum stimuli majoris, qui sanitatem restituat, non mortem acceleret, inducat definit?

Veterum de fluxus hepatici tum indole, tum causis doctrinam vacillare jam diximus: sequitur, nec methodum medendi, antiquæ hypothesi innixam, esse firmiorem. Etsi vero & nostrum de hoc morbo judicium vix in omnibus satisfaciat; ex eo tamen, quod nec hepar solum morbi sedem constituere, nec semper visceris cujuscunque demum, abscessum aut ulcerus hic subesse, & materiam illam sansei similem largiri, — nec abdominis adeo, quam totius systematis culpa interdum hanc fluere, noscamus: magnum arti salutari incrementum accessit.

Scilicet ubi vel hepatis, vel lienis, aut visceris alterius abscessus vel ulcerus hujus profluvii causam in se continet: hoc misero rerum sub statu, ad ea, quæ de viscerum abdominalium suppuratione pertractanda in libro de inflammationibus partim jam diximus, — tum ad illa, quæ alibi de phthisi, ejusque moderandis effectibus docenda supersunt, recurrentum, & ne purulento, sanioso, & internis partibus insidioso humori via per alvum praeccludatur, curandum est.

Si, ut in cœteris alvi fluxibus alia aliaque per alvum excernuntur, ita hujus morbi sub aspectu, secretio saniosa, visceris latentis ad instar, alvum solvat: tunc eadem, quam ad diarrhoeam jam supra indicavimus, medendi methodus requiritur.

Si vero hic morbus legitimæ intermittentis subjugetur imperio: tunc ea, quæ de hujus curatione jam satis exposuimus, erunt illi opponenda.

ORDO IV. GENUS V.

D Y S E N T E R I A.

Ad morbi atrocis multasque strages humano generi quotannis parantis, Dysenteriae nimirum, seu difficultatis intestinalium, historiam tandem accedimus. A profluviis quidem istam,— quod alvus in eadem suppressa magis, quam profusa esset separare conatus est clarus Scotiæ Nosologus; interim non omnis dysenteria, sub invasione, alvum tam parcum, ac sub morbi incremento, agnoscit; apud multos in chronicam diarrhoeam illa convertitur; nec certe paucum illud, quod intestinalis cum tenesmo continuo hic exprimitur, a prolluvio magis, quam catarrhus, abludit.

D e f i n i t i o . Est vero dysenteria, corporis totius febrilis adfettio, in intestinali, maxime crassa, furiens, æstatis sub fine, in iterum autumnum, satis raro maturius, epidemica, — interdum sporadica, cum tormentibus, continuo ad alvum deponeandam, sed inani fere stimulo, & puriformis, saepe cruentæ materiæ, ex recto intestino, frequenter plus minus inflammato, sub diro tenesmo, defluxu.

D i v i s i o . Non omnis igitur dysenteria, singula hæc signa præ se fert; sed plurima illi, tum ex febre, cuius modo symptoma constituit, sthenica nempe, vel asthenica, eaque vel continua

nua, vel intermittente, — vel simplici, vel cum vermis, saburra, interdum cum visceris alicujus phlogosi complicata, differentia accedit. Nec acuti semper morbi, sed & chronicci, plures per menses extensi, formam dysenteria interdum assumit. Quam morbi hujus divisionem a colore materiae per alvum excretæ diverso, nunc albo, nunc rubro, petierunt: non magno illa in arte vel cum lucro suscepta fuit.

Symptomata. Prima morbi hujus invasio, ab illa diarrhoeæ, epidemice haud raro dysenteriam praecedentis, sequentis, non semper abludit. Sæpe nempe cum horrore, interdum cum frigore sat notabili, & per horas adeo extenso, hæc incipit; ponderis ad ventriculuni ingrata sensatio, oris amarities, nausea, vomituritio, lassitudo, tormenta circa umbilici regionem, alvum (apud plures, per dies adhuc aliquot satis copiosam, aspergili biliosam) annunciantia, quin tenesmus apud omnes tam cito se prodat, succedunt; calor corporis cum pulsuum frequentia, siti, augetur, donec faecum omnis supprimatur evacuatio, & pauciora quidem adhuc liquida, sed cum nisu majore, cum diris ac frequentius frequentiusque redeuntibus tormentinis, mira vultus contorsione vix non semper indicatis, cum ardore, dolore, tenesmo ad anum, — tandem vero, praeter materiam mucoso-puriformem, nunc albelcentem, nunc sanguineam, nunc autem viridem, perpaucam, specifico fere odore fetentem perparum exprimatur. Quibusdam, praecipue vero pueris, ob dejectionum frequentiam, & nixus vehementiam alvus ipsa, fædò sane spectaculo iterum iterumque prolabitur, ac, nisi promptius reposita, strangulatur & cito gangrænescit. Tantum vero ad gradum doloris in abdomine vehementia apud hos vel illos evehitur: ut ab eo non minus ac in colica saturina, brachii aut pedis unius vel alterius paralysis sequatur.

Sat multos interim apud ægros, modo longe diverso hæc se habent: nullus læpe horror, aut calor morbosus hos a morbi principio divexat; ciborum adeo non in omnibus deletur desiderium; pulsuum vix manifesta apud alios frequentia occurrit: quo factum esse cenlemus, quod plures scriptores febrim inter characteres dysenteriæ necessarios (utpote in alia, quæ illam, talitem adultiorem, confirmant, morbi symptomata, in latitudinem, morositatem, cutis siccitatem, sitim, in urinæ mutationes, in ea, quæ sub fine, vel ipsa in arteriis, succedunt, — cum tamen vel ipsa in febre nervosa non absimilis interdum sit rerum conditio, haud satis attenti) admittere recusaverint. Quod vero magis adhuc febrilem dysenteriæ naturam comprobat, est: quod morbus hic certas tere per horas aliquomodo remittat, vespertino autem, vel noctis tempore, quo febriles accessiones exacerbari consueverunt, magis furiat. Non paucos ægrotos & nos observavimus, quos jam prima morbi die, vel altera, præter tormina, inanis alvum deponendi conatus, ac vehemens tenesmus, ut princeps illius phænomenon, corripuerint. Sunt quibus nec fæces, nec humor puriformis, vel solus, vel sanguini remissus, sed merus crux, interdum sat multus, — quin semper igitur res pejus incedat, — quid quod cum bono aliquando illius, in robustis, cum successu, per alvum excernatur. Dysenteria epidemica observata fuit, in qua aliquot pueri, viri, mulieres, ab ipso invasionis momento ne de minimo quidem dolore conquerebantur; sanguinolenta tamen constans egerebant. Aegri alii torminibus, hi vero nullis torquebantur; & licet viderentur hi mitius ægrotare ciasque evalui: omnes tamen forte eadem peribant. Quomodounque vero hæc, morbi primo sub stadio, se habeant, sat cito tamen febris eidem, vel propriæ, vel epidemicæ constitutionis jure, dominans character se manifestat.

Ac primo quidem, fortiores habitu, cujuscunque demum ætatis aut sexus, homines, — vel jubente sic regnantis morbi genio, minus etiam robusti, mox a febre violenta, continua, frigore nempe magis conspicuo, calore magno, ac pulsu frequente, sub initio saltē pleno & magno, post hinc vero contracto & duro, — maxime autem a sœvis torminibus, hinc inde cedere aut cessare viſis, mox vero cum augmentatione reddituris; uni fere loco abdominis infixis, mox omnem super ventrem dispersis, invaduntur. Urgente sic istius, attacum recusantis, non raro duri, dolore, vomendi conatus, vel adeo, ut in ipsa enteritide, vomitus succedunt. Interea vehemens in recto intestino, ac ad ipsum adeo perinæum, vel urethræ canalem, ardor, tenesmus, dysuria, stranguria, cum pauco & flammieo, vel aquoso prorsus lotio, lumborum, coxarum dolor, miserum divexant. Hic morbi, celeriore ingressu incedentis, est, quo, aut ex vasis hæmorrhoidalibus distillans, aut ex villaſa intestini tunica, ſæpe, apud infantes præcipue ac juvenes, per ani sphynxerem prolapsa, strangulata, tumente, morboſe ſecretus tanguis, copioſe ſatis profiliens, ſymptomata imminuat; ubi crux vena detracitus imprimis corium denluim, atque concavam in insulam contractum mox offerat; ubi methodus medendi excitans, potus ſpirituosii, remedia, ut vocant, antidyfenterica, ſeu adstringentia, ſiuptica, opiate, extemplo morbum adaugeant, ac alvum per dies quidem ſiftant; ſed ventris cruciatus mirum accendant, tumorem, duritiem, ac instantis intestinorum, in dyfenteriis lethaliſbus frequenti, ad rectum, præ aliis, malo, gangrenæ pericula vel maxime intendant. Sub hac rerum conditione, lingua aridissima, pulsus contracti, celerimi, inæquales, ſingultus, vomitus, ac, alvo demum involuntaria, cadaverofa non obſtante, meteorismus, frigus extremitatum, ſudor algidus cum ſecundum internorum, hypothymia,

at tandem, sub plena dolorum cessione, mors ipsa, sequuntur.

Mitiore quidquam sub morbo, & febris, & dolor abdominalis, & ipse tenesmus minus urgent; inter liquidas dejectiones interdum hic fæces figuratae, globosæ, cum remissione symptomatum eximia, deponuntur; urina nec limpida nimis, nec æquo saturatior excernitur; cutis minus sicca est.

Haud raro, tum in hac ipsa, tum quavis alia dysenteriae sub specie, materia puriformis, ab intestini recti superficie interna morbose secreta, solidescit, ac in pseudomembranas conversa, variis sub formis, per anum, aut in frustis exiguis, contortis, aspectu floccosis, levissimis, expellitur, & liquidis, simul expulsis materiis caruncularum sub nomine, innatat; aut longiores in pellucas, — aut in tubos polyposos, intestini, cui adhaerant, figuram referentes, efformata, dejectionibus inhæret; aut demum, ad sat magnam longitudinem, ex ano, ut diu pro tunica villosa, ab intestino detersa, per judicij errorem sit habita, terrorem ægris incutiens, propendat.

Quodsi hæ pseudomembranæ intestino firmitius adhaereant ac tandem adcrecant: quod quondam in laryngis ac tracheæ inflammationibus contingere, & in ipso intestino recto, a phlogosi correpto, factum esse, fœminæ exemplo docuimus; — aut si, spatiis fibrarum, tunicarum intestini intermediis, cellulosis, collectus humor puriformis solidescat, ac istius diametrum imminuat; tunc ægrum, licet hoc a morbo restitutum, perpetuae circa vias stercorales angustiæ multæque miseriae expediant.

Nec minora ægros quondam dysentericos malâ prement, si, quod magnis, eadem in paragrapo, alibiique allatis cum exemplis jam satis illustravimus, inflammati & cum vicinis visceribus concreti suppuratio intestini recti, aut colon sequatur.

Tanta vero tenesmi fortioris in quavis dysenteriae specie pertinacia est, ut & morbo jamjam absoluto, in quibusdam ille lat longam temporis per moram, vasorum hæmorrhoidalium, a malo prægresso magis turgentium, vel tunicae villosæ sensibilitati morbosæ innixus, continuet.

Frequentissima vero inter omnes, dysenteria est asthenica, et si hæc quoque gradus vehementiæ diversos utique agnoscat, atque hoc anno, blandius decurrat; alio autem, maligna, vel ipsius pestis in morem, insidias horrendas struat. Qui fidam typhi, seu febris nervolæ gravioris imaginem a nobis depictam coram oculis posuerit, eique jamjam allata partim dysenteriæ phœnomena, ut symptomata, superaddiderit: is longiore hic dirissimi, & vix non integrum sibi soli librum requirentis, morbi descriptione haud facile indigebit. Ut breviter, sed quantum interest, rem expediamus, subita hic & magna, vel summa mox virium vitalium prostratio, cum pullu exili, inæquali, urina sanæ fere simili aut pallida, aquosa, artuum tremore, subsultu tendinum, spasmis, somnolentia, deliriis, extremis abdominis cruciatibus, interdum fere nullis, tenesmo crudeli, sanguitu præfocante, lipothymiis, — non raro petechiæ, maculæ lividæ, nigrae, miliaria, — aphthæ copiosæ tum oris & faucium in cavo, tum in œsophago, ventriculo, intestinis, per sua symptomata cognoscendæ, sece manifestant. Dejectionum numerus hic sere infinitus est; ac tanta interdum per intestina, tenuis, saniosæ materiæ, vel sanguinis soluti evacuatio contingit, & ægros non minus, quam in ephemera britannica sudores, quos inversos fere hic sifit, brevi tempore penitus exhauriat. Multis sane partimque gravissimis dysenteriæ epidemiis plures apud populos, quibus odo fere per lustra pro viribus adstississe gloriamur, inferuimus; sed horret adhuc animns ab illa, quam viginti tres ante annos Bruchsaliæ observavimus. Primum hæc teneros infantes quamplurimos, quin opem

opem medicam his parentes ferri curassent, cele-
riter mattavit, mox adultos, ut solet, pauperum
ex clalle, morbus corripuit, & jam tertia quartave
die, primis scilicet illius principiis neglectis, mag-
na ex parte trucidavit. Cadaveris sub aspectu ali-
qui ex illis per cubile ad fenestras profundas vacil-
lantes, nobisque manus jam frigidas & tremulas
porrigentes, priusquam de periculo somniaffent,
sequente jam die exspirabant. Brevissimo tempore
hæc infelix constitutio & nata, & fausto sub omniæ
extincta fuit. In castris, in urbibus obsidione cir-
cumductis, & in clallibus maritimis, nec minus in
carceribus, ergastulis, strages saepe hæc dysenteriæ
species, immanes, a plebe, ad cives reliquos &
ad clalles istorum potiores transire solita, edidisse
est vila.

Frequentius hac dysenteriæ sub specie, gan-
græna tubum intestinorum, imprimis recti, pre-
hendit: quo in casu, tormina quidem, ac ipse te-
nesmus omnino cessant; sed meteorismus subnasci-
tur, lingultus perpetuus, ægrum vix non præfo-
cans, æruginosus saepe vomitus, extremitatum mar-
moreum frigus, sudor gelidus, alvus copiosa, ca-
daveris fætorem spirans, anxietas, non raro sopor,
deliria, oris extrema siccitas, vox rauca, aphonia,
dysphagia, facies hippocratica, lipothymiæ fre-
quentes accedunt, ac mortem vicinam annunciant.
Vidimus tamen, ubi hæc, lethalia aspectu, sym-
ptomata per mensem, quin hæc ipsa sequeretur,
urgebart.

Si mitius dysenteria incesserit, quo ordine
symptomata sub morbi principio increverant, hoc
demum sub fine illius sensim sensimque minuuntur.
Tormina & simul suam ferocitatem deponunt, te-
nesmus mitigatur; flatus hinc inde sonori per anum
redduntur, fæces aliquando figuratae cum emolu-
mento, vel saltem pultaceæ minusque liquidæ se-
cedunt. In ægris quibusdam, exanthema cuta-
neum, pruriginosum, pustulosum & quasi variolo-
sum, in aliis squamosum, aut crustæ laetæ fere
simi-

simile, in cute, — apud alios, dolor artuum qualis rheumaticus, intestina liberasse videntur. In sat multis diarrhoea chronica dysenteriam, hac ipsa sanatu difficultior, subsequitur. Hæmorrhoidalia non raro symptomata a prægressa dysenteria, aut major ani sensibilitas, aut ipse adhuc tenesmus, convalescentes hinc inde sat diu premunt. Exhauſtos nimis a morbo graviore homines, aut hydrops, aut tabes tandem perimunt.

Causæ. Varias dysenteriæ causas assignaverunt medici: hi enim, & quidem antiquis non minus, ac recentioribus temporibus, fructus horreos hunc morbum producere, — illi, frigus autumnale, maxime nocturnum, post dies calidiores, eidem pro fundamento esse, — alii, contagium hunc ipsum generare, — bilem sub æstivis caloribus corruptam huic ansam præbere, — in constrictione coli intestini a fæcibus duris irritati rem fere omnem esse positam, alii putarunt.

Fructus horreos tanti quidem criminis insontes esse, veterum jam aliqui viri eximii notarunt; & qui dysenterias iis adeo temporibus, quibus aut nulli sunt ex illis, aut quo fructus necdum ulli gustari potuerant, epidemice tamen per integras provincias graffari viderunt: illi non vapo nanc causam argumento rejecerunt.

A frigore, ac suppresso transpirationis cutaneæ ab opere diarrhoeas non paucas proficiunt, ultro concessimus; nec sub fluxu dysenterico, nec ab eo jam sedato, rheumatismi, illinc intestinalis, hic, vagi, defunt ubique symptomata. Interim vel omni anno, vel mensibus illius quibusvis, refrigerii suppressæque transpirationis haud deest occasio; nec tamen anno quovis, tempestatis ratione licet iniquo, nec fere alis, quam seræ æstatis ac autumni sub mensibus, intestinalorum difficultas venit in conspicuum. Accedit, quod in morbo, sub quo, tepido in lectulo detentus æger hunc ipsum quovis fere momento nunc deserit, nunc repetit, rheuma-

maticis affectionibus, quin hæ ipsæ fluxui dysenterico ut causa subsuissent, ansa dari potuerit; & quod, si novo hoc iub morbo, alter ille compesci videatur; hoc ipsum per successionem contigisse ex eo non satis certum sit: quod morbus novus, quidquam atrox, alterius licet originis, antecedenti tamen suo saepe legem imponat. In multis sane, quos dysenteria gravis corripuit, nullum omnino præcessit refrigerium; nec tenerum infantum ab illis satis tutæ sunt cunæ; nec cœli septentrionalis magis, ac meridionalis, aut vicissim, illa proges nies est.

Contagii hoc in morbo rationes nunc satis conspicuæ, nunc nullæ esse videntur. In castris, exercitibus, in locis obsidione cinctis, in carceribus, ergastulis, nosocomiis, apud plebem, dominibus angustis, impuris compressam, & ingressu prior, & frequentior dylenteria esse consuevit. Ast vero nec hæc quidem perpetua sunt. Interdum pauci ejusdem habitaculi incolæ, interdum plures hoc a morbo plectuntur. Solitariæ exempla dysenteriæ, & quæ in alios, quamvis sibi diu expositos, nequam transiverit, haud raro occurrunt. Per decem annos, quibus Vindobonensi præfixi fuimus magno nosodochio, plures quidem in illud dylenterici suscepisti fuerunt: sed ex his in alios morbus ita non transiit, ut manifesta esset hoc in loco contagii illati propagatio. Ne methodus medendi felicior ubique contagium latuisse satis confirmat.

Ex bile, faburris corruptis, acrioribus dysenteriam quoque, sicut morbos vix non omnes, ætas nostra, plus quam ulla alia, nimis diu derivavit. Quæ interim tot aliis in locis, sed potissimum quæ de ipsius cholerae natura & causis adduximus argumenta, ea hanc olidam Icholarum hypothesis latis infringunt; nec medendi ratio melior & hanc magis suffulcit. Qui bilem hic copiosius & acriorem in hepate lecerni, & sic ex illa morbum, de quo agimus, oriri contendunt: hi et si ve-

ri quid afferant, effectum tamen cum causa confundunt.

Sed magni certe momenti, hac rerum sub investigatione, intermittens hinc iude dysenteriae character est. Haec morbi indoles scilicet jam sola satis ostendit, dysenteriam alterius morbi symptomata esse posse: unde facile, nunc saepius atque aliis sub rerum conditionibus hoc modo morbus incedit, quod certe de scorbuto dicendum est, necessitas eruendi deducitur.

Non aliis est, qui guttur, seu intestinorum per fauces introitum, — quam qui anum rectumve intestinum, seu intestinorum exitum, occupet morbus; ac summa plures cynanchis species inter atque dysenteriam affinitas intercedit. In angina fortiore, sensus ardoris, rubor, inflatio, tensio, puriformis, interdum subcruenti humoris secretio, scercatio continua, deglutiendi nifus perpetuus, dolore plenus, ac tenesmo qui ad anum est dysentericis, in omnibus persimilis, occurunt. Cynanches membranacea, ulcerosa, cum dysenteria gravi, sed potissimum cum maligna, vix non in omnibus coniurant: ac si cut maculæ cinereæ, ex livido nigrescentes, gangrenolæ fœtidæque illinc fauces, œlophagum, larynx, — ita rectum, vel & colon intestinum, in illis, quos dysenteria enecuit, frequenter occupare cernuntur. Quæ hoc in morbo carunculæ, pseudomembranæ, concretiones polypolæ per anum haud raro secedunt: illæ in cynanche membranacea per tussin expelluntur.

Atqui cynanche quævis, nisi locali modo affectionem constituens, non morbus princeps, sed constitutionis, febris, nunc hujus, nunc vero illius symptomata est; ac ipsa angina ulcerosa, scarlatinæ cum typho majore incidentis satellitem exhibet. Quodsi ergo febris, quæ morbum talem, vel quæ dysenteriam malignam pro symptomate agnoscit, contagio suam debuerit originem: difficult-

eultas quoque ipsa intestinorum particeps erit contagii, nec tamen erit illis in casibus, in quibus morbi contagiosi effodus non fuerit. Causæ hic certe nos requiruntur specificæ; sed quæ hiberno sub gelo pneumonias, typhos, — quæ verno tempore catarrhos, faucium affectiones multiplices, erysipelata, quæ aestivo, iterum febres asthenicas cum alvi fluxu copioso, & alia inducent: illæ ipsæ (quo certe & frigus, & transpirationis suppeditatio, & rheumatismus, & alia bene multa pertinebunt) alium in modum directæ, autumni sub decurso huic formæ faveente, intellectum magis reatum & colon afficiunt, ac præter febris sibi proprie, nunc intermittentis, dysenteriæ quoque symptomata excitabunt. Fructus quidem horrei, dysenteriæ culpam epidemicæ non habent; sed quidquid de illorum adeo virtute in illa sit dictum, si copia ingeri, imprimis immaturi, aquosi, ubi primum jam corpus in hunc morbum est, eundem magis promte invitabunt. Eadem de multis oleribus, ab excrementis, luccis fuligettis, larvis plurimorum insectorum, uligine, vel alio morbo præter morem obfelliis, correntis dicenda sunt: quæ igitur esculentæ curam magistratum majorem adventante sub autumno sibi semper exposcent.

Effodus dysenteriæ frequens, inflammationatio, diverse indolis, intellecti recti, aut coli, erysypelica, interdum profundior, est. Raro ulcus, quod veteres hic morbi accusarunt, interdum tamen, tuberculatur. Per dies novem secundum hoc morbo ægrotaverat mulier, tres aate annos in Vindobonenli nosocomio defuncta. In recto intestino non minus, ac colo sinistro atque transverso, inflammatio comparebant vertigia atque vera hinc inde exulceratio. Alibi, dictorum canalium superficies interna a pseudomemorana atque variis excrescentiis etat obducta. In casu lethali frequenter gangrena succedit. Intestina crassa in Ans.

ut diximus, hoc a morbo solito denliora, rigida, coriacea & contracta reperta fuerunt.

Prognosis. Prognosis hoc in morbo momenta, tum ex ægri prægressa conditione, febris morbum inchoantis ex indole, tum ex cognito gradatim epidemicæ constitutionis charactere, ac tandem ex serie & succellione symptomatum, eruenda sunt.

Aetas tenerior, provedta nimis, pubertatis instans periodus, graviditas, puerperium, corporis habitus debilis, valetudinarius, pusillanimitas, dysenteriæ pericula augent.

Quam febris intermittens, ut symptoma, producit ægritudinem, hanc recta illius pertractatio facile satis dissipat. Vidimus & nos, præviæ huic febri periodicæ, dysenteriam, ut morbum alienum, successisse eamque suspendisse; cum vero hæc ipsa sanata jam esset, febris iterum quartanæ typum, ut antehac, rediisse. Dysenteriæ ex febre energica venientis, aut intestinalis modo catarrhi specimen fistentis, haud tanta, sub cura morbi debita, esse solent discrimina. Neglectis vero mali principiis, enteritis & gaugræna timendæ sunt. Profluvium crux ex ano, etiam sat multi, sub hujus morbi exordio proficuum esse solet. Dysenteria, febris asthenicæ intensæ, contagiosæ, seu typhi gravioris effectus, quamplurimum ominosa est. Sæpe febris lenta nervosa dyenteriam sub initio satis mitem offert, atque sub symptomatum apparatus non magno insidiote blanditur, eundo vero larvam mox abjicit, ac improvisa nunc struit pericula. Sæpius mox primus morbi intultus aperte satis hæc prodit: virium poltratio conspicua, ventriculi oppressio, vomitus, dolor abdominis atrox, continua, sed vana delidendi cupiditas, tenesmus, parturientis nixui mulieris æqualis, nec tere definens, dejectio pauca, nunc rubra, nunc alba, scenam aperiunt, typhique gravioris libi prompte symptomata succedunt; donec viribus in totum de-

ječis, aut novus sub fine morbi vomitus, æruginosæ bilis rejectio, vel cardialgia gravis, vel infamis medicis singultus, ardor abdominis fixus, continuus, meteorismus lequantur, ac præter petechias, aut maculas nigras in cute comparentes, aphtharum cohors per œsophagum ascendet, oris cavum, linguam obducat, vocem omnem ac deglutitionem elidat, suspendat. Tandem dolor quidem omnis in abdome cessat; nec tamen singultus supprimitur, sed, quod supra jam monuimus, facie collapsa, pallida, vel brunea, oris antri siccissimo, nigrescente, soporofus, oculis semiperitis, in dorso, cruribus inverecunde divaricatis, jacet æger, ac præviis borborygmis, deleto sphincteris ani officio, alvum liquidam, nunc multam, bruneam, subnigram, fœtidissimam, inscius amittit. Facile nunc lipothyminiæ sibi succedunt, subtiliunt continuo tendines, extremitates frigent, sudor viscidus, glutinolus has obducit, ac tandem, tempore non æquali, sed ad dies quindecim, viginti, aut longe plures extenso, interdum sat brevi, finis tantis miseriis, ac vitæ imponitur. Paucissimi, sed, ut jam supra monuimus, aliqui tamen, hinc inde vitam, vix non in totum amissam, lento passu recuperant. Paucarum dierum spatio dysenterias malignas subinde mortem induxisse, jam diximus.

Est, ubi prima dysenteriae epidemicæ invasio quamplurimis, — sub sine vero paucis, lethalis sit. Inverso prorsus ordine hæc res interdum incedit, vel & medio regnantis morbi tempore major erit civium jaatura. Hiberno redeunte gelu, morbus plerumque disparate, illis nempe, quos chronicæ nunc diarrhoea divexat, exceptis.

Nec semper tam funelius morbus dysenteria est; atque tunc præclara methodum nunc hanc, nunc illam venditandi, offertur occasio. Bonum erit utique, si rariores sint, aut siant alvi excretiones, fæces vero copiosiores, pultaceæ, & cum dolorum moderamine deponantur. Citem hoc in-

morbo fieri mollem, tractabilem, vaporosam, vel ample, non viscido ludoire madescere, urinas & flatus sonoros facile fecedere, opportunum est.

Cura. Tam diversa caularum, quæ dysenteriam inducunt, & morbi ipsius ex indole, erui sat satis potest non unam huic malo niedendi methodum esse opponendam. Insano quidem nisu vulgus in sistendo hoc prosluvio vix non unicum ponit operam, ac insignem antidysentericorum, adstringerium scilicet, sifpticorum, opiatorum, consult catalogum; sed qui hos agyrtarum vetularumque errores correcturi, ex vana hypothesi, ubique bilem rancidam, rodentem, saburrasque olen, ac in his per repetita emetica & per evacuantia alvum remedia eliminandis, dies noctesque terunt, non minores hi generi humano strages parant.

Quodsi nempe dysenteria subjecta robusta, juvenilia, succiplena, vel quavis ex ratione ad morbos energicos disposita corripiat, ac febris, hypersthenicæ symptoma constitutat; si dolor intellitorum atrox, ventris major ad attacum sensibilitas, tenesmus vehemens hominem divexent; si pulsus satis constans, magnus ac fibrans, aut præ doloris vehementia contractus, parvus, sed durus compareat; tunc safa, atque repetita adeo primis morbi temporibus venæfatio, ac methodus debilitans, præstantissimum & unicum subsidium, — neglegta vero, imprimis ubi sifptica, opiate, vel alia excitantia remedia propinrantur, diræ hominem enteritidis prædam constituet.

Etsi vero dysentericoruin cadavera, intestina hinc inde non parum inflammata ostendant plerumque; vix tamen prius morbi, non lumni, diebus, aut interdum nequidem a morte, hæc ita se habebunt; sed illis, aut sine cura debita, aut perversa sub methodo transactis, oportet fane ut canales illi membranacei, tot vasis sanguinets instruti, atque tam sensibiles, inflammationem tandem localem saepissime concipient, ac diræ periculo gangrænae submittantur.

Non mirum igitur esse dicamus, si facta prius una alterave venæsectione, vel sub morbo non sum-
mopere inflammatorio, sed fere catarrhali, hac
areo omisla, aut emeticum porre&um noxam
semper non tulerit, aut blanda ex tamarindoru*m*
pulpa, mana, oleo ricini Americani, aliquoties
exhibita evacuantia, — non quod bilem, ut
morbi causam, egesserint, sed quod emesis diapho-
resin saepè moverit, evacuantia vero alvum reme-
dia vires superabundantes ægrorum, fluidorum
blanda cum subtractione, infregerint, opem ferre
sunt visa. Hoc scilicet, & complicationis manifestie
galliricæ sub calu, methodus alvum evacuans,
in dysenteriæ, vel parum, vel magis sphenicæ,
principio adhibita, laudem, quam omnes fere hu-
jus morbi ad species multi nimis extenderunt, ali-
quando meretur. Sunt tamen, quibus, ob majo-
rem intestinorum irritabilitatem, modo sola venæ-
secchio & stimuli cuiusvis sua conveniat; evacuan-
tia vero quæcumque, sic ut in corryza inflam-
matoria sternutatoria certe facerent, morbum
mox adaugeant. Hae in specie dysenteriæ quibus-
dam fructus horrei probe maturi, ac moderate in-
gesti, cum alvum blande subduxissent, auxilio fue-
runt. Aliis, hi ipsi, ob flatus quos generant, ac ipsa
adeo acida mitiora, tormenta mox revocant. Pro
potu, emulsio amygdalina, sed tenuis, & quæ mi-
nus nutriat, vel leve hordei, avenæ, panis albi
decoccum conveniet. Nitrum, quod minore in do-
si parum præstat, nec hic certe refrigerat, majore
vero pondere præscriptum intestina lacerat, his non
addimus. Prout vero injectiones quondam sub sphenicæ
cynanche in fauces institutæ, has aperte
irritare ac magis incendere solebant: ita & intesti-
norum hac sub difficultate, nisi sæces illis duræ in-
hærent, clysteres, quamvis ex rebus mu-
cilaginosis conflantes, & copia non magna injedi-
sæpe magis irritant, quam causam mali auferunt.
Sub majore abdominis dolore, fracto jam satu-
cruo-

cruoris impetu, fomentationes tepidæ ex lacte cum lini semenibns, aut cum herba malvæ cocto paratae, modo lecto æger fixus inhæreat, eundem frœ nabunt.

Sedato febris hypersthenicæ furore, nec tamen, nisi simplicis catarrhi intestinalis sub casu, maturius, sub tempore lecti, diapnoica mitiora, ex infuso sambuci, melissæ, & spiritu, ut vocant Mindereri, præscribimus. Antimonialia, opium & eamphora, nisi morbo jamjam in asthenicum conuerso, latentes adhuc sub cineribus ignes facile in flamas provocabunt.

Asthenicæ cura dysenteriæ, pro gradu ac indole febris, cuius hæc symptomata consti-tuit, diversis, mitiora nunc auxilia, nunc vero efficaciorem sibi methodum requirit.

Levior interdum adynamia, a refrigerio induc-ta, catarrhalem intestinorum affectionem cum dysenteriæ mitioris symptomatis producit: ad quæ fuganda, tempore lecti constans, infusa aromatica, in transpirationis incrementum tepide epota, spiritus Mindereri, pulvis Doweri, vel tintura antimonii cum parca dosi opii, & mucilaginis gummi arabici vel tragacanthæ portione, jam sufficiunt. Emetica hoc rerum sub statu porrecta, magis quod diaphoresin promoveant quam quod billem, hic innocentem, expellant, subinde conducunt; meliora tamen erunt, quæ tanto sine tumultu eosdem effectus præstare non inepta sunt.

Quid quod gravior adeo febris asthenica, sub forma nervosæ versatilis, cum dysenteria incedens, maxime si contagium subfuerit, a solis volatilibus & opii portione admista, utpote quæ incident & secretionem in cute augent, auxilium saepè habeat. In India occidentali, ubi hæc dysenteriæ species frequentius occurrit, venam prius tundunt, dein vomitum cum Ippecacuanhæ radice, alvum vero cum vitro antimonii, movent; & ob-tecto mox corpore, cum pulvere Doweri, aut cum

vino antimonii atque opii portione, sudorem amplum eliciunt. Ad venæfectionem quod pertinet, ea, in vera febre alihenica indicari certe haud potest; suspicamur inter omnes, sub tropicis morbos non paucos acutos, sub sua invasione, asthenicæ potius indolis esse, ac, vi stimuli majoris, cuius quam alibi in asthenicos transire: igitur sub primo tamen præcipitis morbi insultu, sub ventris dolore atroci, ac pulsu contracto & duro, sanguinis mitiendi necessitas omnino subiungit. Ad emeticum, & ad vitrum antimonii quod speditat, fateur vir clarus, illis in locis medicinam professus, hæc ipsa non tam evacuationis abdominalis ad grauam, quam sudoris movendi ad finem præscribi; nec retinet, quod in catu morbi subitanè ac admodum violenti, ne æger cunctando perimitur, ad opium, & ad cordialia, non inepte sic dicta, illico recurrandum sit.

Monimus hæc ideo, quod quovis sub cælo, sicut quondam de ipsa peste iam diximus, ac licet de febre flava partim nunc notum est, talia, asthenici sub principio, — sed hoc neglego, mox indirecte asthenici, exempla malorum ex causis ubique non obviis, oriri bene possint; in quibus, methodum medendi, hodiernæ theoriae, primo saltem aspergo, adverlam, sed experientia confirmata, rejecto præconceptæ opinionis jugo, amplecti non ultro quam æquum est haeritemus.

In communione igitur dysenteria asthenica graviore, quin vel de emetico, vel de purgante alvum remedio somniemus, quidquid in contrarium sit dictum, experientia suffulti, mox ad opium, vel in emulsione cum guinmi arabici mucilagine, vel in decocto lalep solutum, recurrimus. Similia, cum tenesinus nimis urget, ano, pauca quantitate, tepide committimus; ventri vero admodum dolenti fomentationes aromaticas, tum siccas, tum humidas, vinolas, vel simile cataplasma, — vel, male magis premente, vesicans, ad cutis modo rubenda-

dinem impotimus. Quas ab opio, hac morbi sub specie, paralyses derivarunt, has nos quidem non confiximus; sed & sine usu opii hinc inde dysentericis membra resolvi, jam diximus.

Si vires magis magisque fractæ id exigant, opium cum camphora, vel cum moschō & gumini arabico jungi, ac deum singula quæ in febre nervosa graviore consulimus, imprimis vinum rubrum cum cortice cinnamomi iufuso, morbo discrimine pleno opponi oportet. Magnos certis hujus febris in casibus tepido a balneo effectus obtinuimus; in dysenteria vero gravi, sub tanta ægrorum debilitate, ac sub tam continuo ad alvum deponendam nisi, rara satis, rarior apud pauperes, illud admittrandi concedetur occasio.

De vitro cerato antimonii, quondam, — de nuce vomica, nostris temporibus tam intense hoc in morbo laudatis, nec tamen multis a medicis hanc usque in diem continuatis, — de floribus sulphuris cum sale ammoniacō jungendis, — de electuario ceræ, — quod ad talia confugere nos hic coadūs necdum viderimus, aliorum quidem effatae venerantes, sed propria experientia destituti, sermonem non movemus. Nec usum mercurii (primum ab Angliæ quibusdam medicis, deinde Ticini, jam duodecim abhinc annis a Viro claro publice laudati, — quamvis hoc genus remedii in morbo dysenteriae affini, in cynanche scilicet membranacea, & frequentius nunc in hepatitiæ atthenica, cum fructu adhibuerimus): ex dictis rationibus, quin ideo his consiliis remittamus, tentavimus. Neque tantam nos, inter febrem nervosam verlatilem atque nervosam stupidam, tum demique inter pituitosam, nisi formæ differentiam esse hucusque credimus, ut dysenteriæ, sub hac, vel illa febris ejusdem sub velte incidenti, diversam adeo medendi methodum adaptandam esse censeamus. Hoc interim hic non reticebimus, si mali hac ady-

namiæ sub specie ipsis intestinis ingesti rationem ex eo quidem in genere diversam esse debere: quod illa partem præ cæteris irritatam prima sua actione mox alidat, & facile hinc violentius quam æquum sit, eandem afficere queat. Quare utique conspicuo admodum sub sensibilitatis intelligentis augmento, mitiora, & quidem rebus mucilaginolis juncta, — sub stupore vero, fortiora & magis nuda excitantia adhibenda veniunt.

Primit igitur febris asthenicæ cum dysenteria incidentis temporibus, stimuli magis volatiles ex dictis indicati sunt. Quodlibet vero morbus quidquam adultus his solis non cedat: tunc permanentes seu fixi magis stimuli eisdem jungendi sunt. Hoc scilicet temporis sub stadio, nec fere prius, corticis simarubæ decoctum, cui aquæ cinnamomi simplicis, interdum & opii portio adjecta fuerat, quamplurimum nobis præstitit. Capta cum lithro salicaria, seu lysiachia purpurea, hoc in morbo experimenta, spem nostram, & multorum illam fecellerunt.

Si febris vel asthenica, vel asthenica cum bile morbole secreta, aut cum gastricis faburris manifeste incedat: tunc certe, præmissa, in primo casu, phlebotomia, in secundo vero, exclusa, emeticum & purgans alvum remedium sat blandum, donec ad iuam simplicitatem reductus, & nunc alter tradandus sit morbus, indicatur. Sat raro vermes tantis intestinalium in dylynteria motibus diu resistunt; vel a morte in illis reperiuntur. Vidi mus tamen ante triginta fere annos virginem hoc a morbo extreme labefactatam: cui tandem gravis singultus mortem minari videbatur, cum verme, ascaride lumbricoide, per vomitum spontaneum rejecto, mox ille, ac morbus ipse sat cito cessaverit.

Dysenteria periodica, intermittentis febris soboles, istius in modum cum opio, mucilaginis gummi arabici ope aquæ aromaticæ juncto, ac demum peruviano cum cortice fuganda est.

Si longum in tempus dysenteria trahatur: tenes-
mum tunc illa, & tormenta saltem violenta, febrin-
que, nisi lentam forte, deponit, blennorrhœæ in-
testinalis, diarrhœæ chronicæ indolem affe-
mit, ac ut ista, quod magnæ molis opus consti-
tuet, pertractanda est.

Sedato tandem morbo dysenterico, ejusdem re-
cursus, facillimus, quavis cum cura, per adapta-
tam cuivis illius speciei diætam, per medicamenta
huic propria, maxime vero per atmosphæræ fri-
gidæ fugam diuturnam, præcavendus est.

